



Q. R. 3779.

ACTIO
BELLI BELGICI
PACIFICATORIA:

INITIVM EIVS, PRO-
GRESSVM ET FINEM AD PRAE-
sens usque tempus vere & breuiter
exponens.

EX SCRIPTVRIS FIDEDIGNIS
excerpta & conscripta à
GASPARE ENS L.



COLONIAE AGRIPPINÆ
Apud Gerardum Greuenbruch.

ANNO M. DC. IX.

1711

ACTIO

RELLI BELLOCI

PACIFICATA

AVIUM PRO-

GRATIA ET FIDELITATE

EX SCRIPTURIS

EXPOSITIO

2.

CYPRUS

[Handwritten signature]

Coronae

et

Annus

Fragment of text from the adjacent page, including letters like 'p', 'o', 'u', 'g', 'o', 't', 'a', 'd', 'x', 'L', 'u', 'c', 'c'.





ACTIO
BELLI BELGICI
PACIFICATORIA:

INITIVM EIVS, PROGRESSVM ET
*finem ad præsens vsque tempus vere &
breuiter exponens.*



CTIONEM Belli Belgici Pa-
cificatoriam, in cuius euen-
tum plerique omnes Reges,
Principes & populi oculos a-
nimosque etiamnum habēt
defixos; descripturus, primam paucis eius
occasionem indicabo.

Mense Maio MDCV II. territorij Kessclē-
sis Satrapa, Walraus à Wittenhorst, Ha-
gam-Comitatensem profectus & cū pau-
cis colloquutus, quum induciarum men-
tionem à se factam parum gratis auribus
atq; animis accipi animaduertisset; tū qui-
dem, re infecta, ad suos redijt. At postea
xxiii. Decembr. vnà cum Ioanne Geuardo
LL. Licentiato & secretario Turnhouten-
si in Hollandiam reuersus, paucis primum
eorum quę in mandatis ab Archiduce ac-
cepit summam, priuatim exposuit, hunc

Anno
1607.

ACTIO BELG.

Anno 1607. ferè in modum: Iustam Archiducem belli contra ipsos gerendi causam habere, non quidem tam vt amissa recuperet, quàm quæ sua sunt defendat, ne Ordines quidem negare posse. Eum nihilominus tanto belli huius tam diuturni tamque cruëti bona & stabili pace finiendi, vel inducijs quot velent Ordines annorum, suspendendi desiderio teneri, nihil vt Ordinibus quod vllam æquitatis speciem haberet, negare cõstituerit, sed suam voluntatem ad eorum postulata vltra quam credi potest, sit accommodaturus, &c.. Re inter paucos secretò communicata, placuit vt Geuardus Bruxellas rediret & mandatum publicum litterasque ad Ordines generales expediri curaret: cum quibus ix. Ianuarij reuersus, impetrata ad xxiii. diem Ianuarij audientia, mandata Ordinum Conuentui exposuit, quibus Archidux paratum se ostendebat vel pacem cum eis vel inducias facere, nihilque prætermittere eorum quibus è tam miserabili statu ad antiquum illud decus & pristinam felicitatem prouinciæ reducerentur. Ad hæc Ordines xxvii. Ianuarij ita responderunt, repetitis ijs quæ superiori tempore tam bello quam pace facta erant: Vt vllam cum Archiduce tractationem suscipiant, minime consultum sibi videri, quippe quem animaduertant jus in

Con-

Ordinum prima responsio.

PACIFICATORIA.

Anno
1607.

Confederatas prouincias sine vlllo jure sibi arrogare. Toti enim mundo notoriã atq; euidentem esse justam Ordinum causam, qui ad vnionem illam superiori tempore factam, sed tam vi quam fraude postea infractam, omnes prouincias in illam adscriptas reuocare decreuerint. Præterea Confederatas prouincias iamdudum publico decreto, grauissimis de causis eiurato Hispanorum imperio in liberæ Reipublicæ statum esse redactas; idque decretum multis hæctenus publicis actionibus & federibus à potentissimis totius Europæ Regibus ac Principibus stabilitum esse & confirmatum: in quo quidem tuendo ac propugnando ne vitæ quidem ipsi, vt hæctenus, ita porro quoque parcere velint, omnesq; vires ad ea quæ ab vnione illa auulsa sint, recuperanda conuersuros. Et hac vice quidem nihil aliud se habere quod respondeant, quam quod Cæsareæ Maiestatis, & multorum Regum ac Principum legatis hæctenus responderint, scilicet nec honestum, nec tutum, nec conducibile sibi videri, vt cum eis qui prius illud Decretum, & tot actionibus stabilitum & confirmatum jus, partam denique tam multo sanguine libertatem infringere conantur, vllam ad tractationem descendant, &c.

Hoc autem tam duro responso prædicti

A 3

legati

ACTIO BELG.

Anno 1607. legati Bruxellas redierunt: sed paulo post Wittenhorstius litteris ad Ordines scriptis declarauit, Archiducem non id agere, vt Ordinum, vel ipsorum Reipublicæ, quæ dicant, statum conuellat aut labefactet, quem integrum ita vti iam est, lubèter ipsis sit relicturus. Hac conditione si de pace agere velint, non abnuere.

*Ioan. Naius
Hagam Co-
mitis de pa-
ce missus,*

Paulo post, ineunte Martio in Hollan- diam venit Ioannes Najus, Martini Naij filius, Franciscanæ familiæ Commissarius generalis, &c. Hic primum in pago Risuicensi non procul Haga-Comitis aliquantulum substitit: ac tandem cum Mauritio alijsque congressus, & cur venisset rogatus; Ad actionem à Wittenhorstio cœptam continuandam, respondit. Hagam-Comitis deductus, iterumque priuatim cum procerum nonnullis congressus, non id agere Serenissimos Principes protesta- tus est, vt ius suum hac siue pacis, siue induciarum tractatione vel melius vel dete- rius reddant, sed ita vt in eo quo iam sunt statu permancant Ordines Confederati, cum ijs tractationem suscepturos. Quum ei responderetur, nequaquam Ordines quidquam hac in re prius consensuros vel acturos quam Archidux Prouincias om- nes confederatas, earumque Statum pro libera Republica habuerit ac proclamari,

Naius

PACIFICATORIA.

Anno
1607.

Naius sperare se dixit, id quoque à Princi-
pibus, vt à ciuili fundendo sanguine absti-
neatur, impetrari posse. His iactis funda-
mentis, ix. Martij, humaniter habitus ac
dimissus, celocem Mauritij Comitiss con-
scendit, & per Scaldim Antuerpnam nau-
gavit, inde Bruxellas profectus, quæ acta
essent narrauit, & paulo post, xvii. scilicet
Martij reuersus, Archiducum mandata
scripto consignata Ordinum deputatis
exposuit, eiusdem vt supra sententiæ.

Ordines, oblatas octo mēsum inducias
acceptarunt, & ad Archiducum litteras in
hanc sententiam responderunt: Se nimi-
rum in declaratione illa qua liberi Status
& Prouinciæ & in quas nihil ipsi iuris præ-
tendant, ab Archiducibus declarantur,
acquiescere, &, quum testentur bona se
fide ac sincere cum Ordinibus omnia a-
cturos, nihilque aliud spectare quam vt
bello hoc tandem honesta ratione finito, à
tam diuturnis eius miserijs Belgium vni-
uersum aliquando liberetur, in octo men-
sium proxime sequentium inducias, sum-
to à quarto die Maij initio cōsentire, qui-
bus interea pars vtraque ab vrbium, pro-
uinciarum, oppidorum & arcium oppug-
natione atque inuasionem, & à nouorum
propugnaculorum exstructione abstinere-
ant. Acceptare se igitur prædictas Archidu-

ACTIO BELG.

Anno
1607.

*Induciae
fiunt.*

cum oblationes, deque ijs ad eos quorum interest, relatuos, operamque daturos vt ad Archiducum postulata ante Calendas Septembris plenè respondeatur, &c. Acceptis his vtrimque inter Legatos conditionibus, Archiduces quidem ex vna, Ordines vero Confederati ab altera parte in statu & qualitate liberæ Reipublicæ, fidem sibi inuicem dederunt, se prædicta induciarum pacta fideliter seruatuos, ac nihil contra ea vel directe vel indirecte suscepturos vel molituos. Promiserunt insuper Archiduces, se tractationis huius approbationem ab Hispaniarum rege trium mensium spacio impetratuos, & vt vnà cum renunciationis tam particularis quàm generalis litteris Ordinibus maturè exhibeatur, procuratuos: quæ omnia in tabulas relata sunt & ab vtraque parte subscripta, &c.

*Promulgantur
publico
edicto.*

Harum induciarum promulgationem Ordines confederati XIII. Aprilis per omnes prouincias fieri iusserunt, missis ad magistratus singularum prouinciarum & urbium edictis.

Post hæc Najus V. die Iunij Haga-Comitis iterum discessit, quum prius Cornelio Arsenio, Ordinum confederatorum Actuario siue scribæ primario, ingētis precij munus vel honorarium obtulisset, quod

quod tamen ille, nisi de Principis Mauritij
& Ordinum consensu fieret, accipere re-
cusavit.

Anno
1607.

Interea ab Ordinibus Confederatis
Galliæ, magnæ Britannia & Dania Re-
ges, nec non Septemvir Elector Palatinus,
Brandenburgensis, & Hesse Lantgravius
rogati suos quoque ad hanc Actionē Le-
gatos miserunt. E Gallia venerunt Ioanni-
nus supremi Senatus præses, D. Ruffius,
& D. Busanuallius: ex Anglia Richardus
Spenserus & Rudolphus Viniuodus: è Da-
nia Iacobus Vlefeldius & Ionas Charisius,
à Palatino missus fuit Hippolytus de Col-
libus: à Brandenburgensi Hieronymus
Discouius & Ioannes Baptista Linckius: à
Lantgrauio Ioannes Burgius: qui veluti
paci sequestri omnibus quæ agerentur,
interessent. Sed iam ad rem & Actionem
ipsam, cuius hæ cōtestationes & protesta-
tiones velut præambula fuerūt, veniamus.

Decimo quarto die Octob. Ordinibus
reddita sunt litteræ ab Ambrosio Spinola
x. eiusdem mēsis scriptæ, quibus significa-
bat, Approbationem illam siue Ratifica-
tionem ex Hispanijs allatam, petens vt P.
Naio Commissario, & Audientiaro Ver-
reickio Hagam-Comitis sub ipsorum sal-
uo cōductu comeandi potestas fieret. Qua
impetrata, prædicti Commissarij xxiv. O-

*Approbatio-
nis formula
ex Hispanijs
allata.*

A 5

ctobris

ACTIO BELG.

Anno
1607.

Octobris Hgdam venere, ac statim sequenti die ante meridiem ad concilium Ordinū generalium introducti, Ratificationem seu Approbationem Hispaniarū regis, xviii. Septembris Madriti datam, in charta siue papyro conscriptā, his verbis *To el Rey* sub-signatā, ac sigillo quo publica Edicta muniri solēt, consignatā &c. exhibuerūt. Inserta huic erat illa ab Archiducibus facta Declaratio, Hispanicè conscripta; & sub ea hæc ferè Regis: Quandoquidē in prædicto tractatu Albertus & Isabella Archiduces, &c. promiserūt, se Ordinibus suam (Regis sc.) Ratificationē ac similē Declarationem, cum omnibus generalibus & particularibus renunciationibus & obligationibus exhibituros: se (Regem) post maturam deliberationem, ex certa scientia, & absoluta regia potestate, ad satisfactionē huius promissi & confirmationem principalis de pace vel diuturnis inducijs tractationis, erga eosdem Ordines fecisse, & hoc ipso facere similē Declarationē, qualem iam ante Archiduces fecerāt, ac qualis supra continetur, quantum quidē sua interesset: & acquiescere vt cū prædictis Ordinibus tractatio instituatür tanquā cū ijs quos ipse pro liberis Terris, Prouincijs & Statibus habeat & agnoscat, & in quos nihil ipse iuris prætedat: acceptare insuper & cōfirmare

re o.

Anno
1607.

re omnia & singula capitula in prædicta Archiducum Declaratione contenta, ac in verbo & fide regia polliceri, facturū vt ea omnia & singula obseruentur, custodian- tur & efficiantur, non secus ac si ab initio à se ipso declarata, cōcessa, promissa, aut sua interuentione & auctoritate acta & con- clusa essent, neque quidquam contra ea fi- eri permissurum, sed si quid siue directe siue indirecte contra ea fiat aut contraue- niatur, id reparari facturū: adq; hoc obli- gare se in verbo regio, cū omnibus genera- libus & particularibus renunciationib⁹ & obligationibus, ad hoc requisitis: con- clusa deniq; pace vel longis inducijs, om- nia quæ ad eius vel earū obseruationē ne- cessaria fuerint, optime curaturū atq; ex- pediturū, sic vt prædictis Statib⁹ in omnib⁹ perfectè satisfiat &c. Hac tamē annexa De- claratione seu protestatione, si principalis tractatio de pace vel longis inducijs, in qua de ijs quę inter partes tā in materia religio- nis quā alijs quę controuersa sunt, agetur, minus procedat, neq; vel pax vel tales indu- cię fiant, præcedentē suā Declarationē vel Ratificationē nullius esse momēti, sed per- inde ac si nūquā facta fuisset, haberi, neq; ob eam quidquam de iure suo decedere, neq; Statibus accedere, sed omnia, quantū ad jus vniuscuiusque, in eo statu quo iam sunt

Anno
1607.

sunt manere debere, permiffa cuiq; de rebus fuis quod vifum fuerit ftatuēdi facultate, &c.

Scripti huius Hispanici in hac Cōmunicatione fiue conuentu Najus & Verreickius bina exempla Ordinibus tradiderūt, Gallica vnum, alterum Belgica lingua cōfcriptum: tum Pater Najus multa de fincera regis hoc in negotio voluntate atq; animo teftatus eft, cuius non obfcuro illud eſſe indicium aiebat, quod Confiliariorum fuorum iudicium & calculum huc quoque accedere voluerit, tanto vt validiora omnia eſſent, minusque ſuſpecta, etiam poſt mortem Regis: eoque valde laudādum eſſe quod ſeipſum explicet, ſuamque mentem ſimpliciter aperiat ac denuudet, non vltorius ſe obſtringens quam ad ea quæ ipſe ſeruare & ab alijs ſeruari velit: quod profectò ſi aſtu rem tractare inſtituiſſet, nunquam facturus fuerit. Similia ferè de Archiducum ſinceritate, ac inprimis de ardentiffimo eorum pacis deſiderio Verreickius proteſtatus eſt, quod quidem ex omni hac aſtione eluceſcat, quod in omnibus ad ea quæ Ordines quomodo petere aut voluerint aut potuerint, ſeſe accommodarint, &c.

Ordines Confederati accepta exemplaria quum inſpexiſſent ac perlegiſſent, iterum

Anno
1607.

rum caussati sunt Ratificationis hanc formulam tam in tenore quã in forma vitiosam esse. In tenore quidem, quod multa verba essent omissa, nec ita posita, prout petierant. In forma verò, quod nec ipso Regis nomine esset consignata, nec chartæ Pergamene, sed papyro, adeoq; negliger valde inscripta. Mox eandem & Franciæ & magnæ Britannię regû legatis inspiciendã atq; examinandam dederunt: quorum audita sententia xxvi. Octob. cû P. Najo & Verreickio Archiducum Commissarijs congressi sunt, eisq; prædicta, vt ipsi videri volebant, vitia ostenderunt, quærentes, Ecquæ alia approbationis vel Ratificationis formula expectari possit aut debeat? Quum illi nullam aliam respondissent, sed si quid dubium forte aut intricatum occurrat, in principali tractatione explicandum ac decidendum: tandem re in concilio Ordinum, ac cum prædictorum Regum legatis ipsoque Comite Mauritio deliberata, ii. die Nouembris Archiducum Commissarijs hanc in sententiã est responsum: Litteras illas ratificationis, in capitibus illis articulatim iam ante ostensis, non tantum quoad linguam & stilum, verum etiam subscriptionem & sigillationem, itemq; insertionem & omissionem multorum verborum, promissis nequa-

Anno
1607.

nequaquam esse conformes: immo ex annexa illis clausula, simulq; verbis P. Naij Commissarij, omniū etiam solenniter ibi promissorum annihilationem exterebrari posse. Tam enim Regi quā Archiducibus certo certius cōstare, Confederatarū Prouinciarum, tamquā liberarū, & in quas nihil ipsi juris arrogare sibi possent, Statibus satis viriū esse, ad tuendā cū Dei & confederatorum ipsis Regum Principum ac Rerumpublicarum auxilio, earum jus, statū & libertatem, nec quidquam quod eò pertineat, à rege aut Archiducibus si ad principalem pacis vel induciarū tractationem deueniatur, in disceptationem vocari posse, nisi illa solenniter & formaliter promissa reuocata cupiant & sublata. Quamuis igitur ex ipsa approbationis & propositionis, à R. P. Najō factæ formula non leuis Ordinibus iniectus sit scrupulus, quo minus in cœpta tractatione pergendum sibi existiment, tamen ne tam pium negocium (cuius vnicus scopus & finis sit ab vniuersis Belgij prouincijs bellum tam diuturnū tamque cruentum propulsare, & optatam Pacem tandem aliquando reducere) impediatur, velle Ordines prædictas litteras quantum ad ratificationem promissorum ab Archiduce factorum, nec non regis declarationem, annuentis, vt suo nomine cū
Ordi-

Anno
1607.

Ordinibus, tamquã liberarum & sui iuris
prouinciarum, & in quas nihil ipse præte-
dat, Statibus, sub omnibus tam generali-
bus quam particularibus renunciationi-
bus & obligationibus ad id requisitis tra-
ctatio suscipiatur: velle se, inquam, præ-
dictas Litteras Reipublicæ suæ membris &
ciuitatibus, vbi & quibus oportet, propo-
nere, & post sex septimanas DD. Commis-
sarios & delegatos certiores facere, vtrũ ad
tractationẽ condescendere velint, vel mi-
nus, cum aperta protestatione nec iam nec
deinceps quidquam admissuros vel acce-
ptaturos, quod vllò modo, directè vel in-
directè, sæpeditæ Ratificationi & Decla-
rationi, itemque Archiducis promissis cõ-
traueniat aut repugnet, aut vt contraueni-
ens & repugnans explicari possit, &c.

Responsum hoc Ordines tertio die No-
uembri P. Najo & Verreickio dederunt,
simulque rogarunt, num litteras Appro-
bationis authenticas Ordinibus exhibere
vellent: in quo quum aliquantulum tergi-
uersarentur, nec tamen ipsas litteras secum
rursus asportare (quod Ordines haud gra-
uate latari videri volebant) consultũ du-
cerent: dierũ aliquot spacium petierunt,
quo P. Najus Bruxellas excurreret, Archi-
ducum hac in re volũtatem exquisiturus.
Sic ergo v. die Nouembri iter ingressus,
xiv. Ha-

Anno
1607.

xiv. Hagam redijt: ac postridie vnà cum collega Verreickio, ab Archiduce mandatum sibi ostendit, vt litteras Ordinibus traderet, his tamen conditionibus, vt traditas eas, documentum (quod nostri *Recepisse* vocant) darent Ordines, eodem quoque declararent ac testarentur, Archiduces promissis hac in re satisfecisse, ac denique si Pacis vel induciarum tractatio non procederet, earum restitutionem pollicerentur: de quibus post multam disceptationem tandem etiam fuit transactum.

Littera Cæsaris-

Post hæc litteræ à Cæsarea Maiestate, ix. Octobris scriptæ, in Ordinum conuentu lectæ & recitatæ sunt, hoc argumento: Nemini obscurum esse, quantum inclitæ memoriæ Imperator Maximilianus II. in componendo hoc tam funesto bello pacandisque prouincijs desudarit: sed neq; se filium eius, vllis vmquam laboribus aut sumtibus in eadem re & studio pepercisse. Vehementer ergo mirari, hac in re quidquam aut suscipi aut tractari sine ipsius interuentione atq; auctoritate, quæ neq; verbo certiolem eius fecerint: quum tamen Ordines non ignorent, Belgij has prouincias tamquam feudum à se & S. Imperio Romano dependere, quod etiã ex Archivis, Inuestituris, Indultis, Concordatis & Im-

Anno
1608.

Imperij Recessibus abunde probari possit. Illud ergo cogitent secumq; perpende-
rent Ordines, in rebus ad tam insigne tam-
que nobile feudum spectantibus, nihil dis-
poni aut rite agi posse, sine suo, tamquã su-
premi feudatarij, cõsensu & notitia. Quod
si quid cõtra fiat vel præsumatur, quo feudi
natura mutetur, nullius id esse valoris, et
iam secundum vulgaria feudorum statuta.
Monitos ergo velle Ordines, vt quam pri-
mum sibi in quo statu res sit, & an, & quo-
usque in tractatione progressi sint, signifi-
care velint, vt suum atq; Imperij jus, quan-
tum eius interest, defendere ac tueri possit:
tum ne sine ipsius consensu in cœpta tra-
ctatione pergant, neq; quidquã concedãt,
quod ad suum & Imperij pertineat præiu-
diciũ & detrimentum. Ad has litteras
Ordines Confederati ita responderunt. In-
itio vehementer mirari se, inquit, quod
neque ab Hispaniarum rege, neque ab Al-
berto fratre quidquam de hac instituta pa-
cis tractatione tam propinqua cognatione
coniuncto & summæ auctoritatis Principi
significatum fuerit. Id enim si vel suspicati
fuissent, vltro omnia iam dudum ad Cæsa-
rem perscripturos fuisse. Meminisse se quo-
que quoties sub primis belli motibus ad
Imperium & Imperatorem confugerint,
quamque sollicite contra Hispanorum in-

*Ordines re-
spondent Cæ-
saris de Pa-
cificatione
litteris.*

B

iurias

Anno
1608.

iurias auxilia postularint. Imperatoris quidem & Principum aliquot auctoritate & interuentu Coloniae Anno MDLXXIX. pacis institutam fuisse tractationem: qua tamen Hispani ad opprimendam potius quam subleuandam Belgicam abusi sint. Postea vero eosdem tanta passim tyrannide in prouincias, vrbes, ac ciues omnes Belgij, proculcatis omnibus priuilegijs, grassatos esse, vt ad conseruandam quod ei imminebat ab extremo exitio patriam pleræque Belgicæ prouinciæ, quæ in Vnionem perstiterant, Regem Hispaniæ eiurarint, & certam quãdam ac liberam Reipublicæ formam constituerint: atque exinde à multis Regibus, Principibus & populis pro tali, libera scilicet Republica, agnosci & habere cœpisse; inque eo statu & qualitate duodetriginta proximis retro annis federa & contractus cum iisdem inijsse, ac hætenus eorundem ope vim omnem à ceruicibus suis depulisse, ac libertatem suam non sine præsentissimis periculis, incredibili sumtu ac multo sanguine propugnasse. Quamuis autem ea hætenus fortuna bellum gesserint vt imperij ipsos ac status sui nequaquam pœniteat; semper tamen & apud Cæsarem & alios Reges ac Principes & ipsos Hispanis subiectos Belgas protestatos esse, atque etiam nunc protestari, ex ijs damnis, miserijs & calamitatibus

tatibus

Anno
1608.

tatibus quibus tot iam annos non Belgiū modo vicinę sed etiā regiones affliguntur, maximum se capere dolorem, ac nihil magis cupere quam vt cruentum hoc bellum cum firma tandem & sincera pace commutetur. At suo quidem iudicio, aliter eam fieri non posse, nisi vt decretum illud de sua Libertate ratum habeatur. Id responsum quum Alberto Archiduci & Isabellæ Hispaniarum Infanti pacis tractationem offerentibus Anno MDCVI. dedissent; eisdē primū secretis, deinde etiā publicis litteris declarasse, velle se cum ijs tamquā liberis prouincijs, & in quas nihil ipsi iuris prætendant, de pace agere, impetraturos etiā vt pro talibus ab ipso Hispaniarum rege habeātur, omniaq; quæ hac in re acta fuerint, approbentur: nec vero dubitare se quin Cæsar ipse, pro sua perpetua promouēdæ pacis volūtate & studio, erga Belgas, adeoque omnes Imperij Ordines suā quoque huc operam collaturi sint, vt cœpta hæc tractatio ad optatum finem perducatur.

Hæc summa fuit Responsi: illud vero quod scripserat irritam omnem sine suo & Imperij consensu fore tractationem, Ordines silentio præterierunt, ne fortassis intempestina hac quæstione rebus quę agendæ erant, moram afferrent; siue quod dif-

Anno 1608. simulationem hoc tempore vtiliorem sibi arbitrarentur.

*Prima Sessio
Actionis Pa-
cificatorie.* Postquam Spinola cum collegis suis Hagam-Comitatensem, magna tamquam ad insolitum spectaculum accurren-
te vndique eò hominum multitudine, ingressus; dies aliquot mutuis quum salutandorum tum recipiendorum amicorum & Legatorum officijs transegisset: prima Actioni dies dicta est Ad vi. Februarij, in qua vtrimque commissæ Procurationes sunt exhibitæ. Archiducis Procuratio scripta erat Bruxellis xii. Ianuarij, Hispaniarum vero regis Madriti x. eiusdem mensis: unde suspicio nonnullis fuit, sine scriptura, impresso tantum in vacuam papyrum sigillo, (*Blancas* siue *Albas* vocant) ex Hispania hanc missam. In eadem Archiduci & Infanti titulus vniuersi Belgij Principum tributus erat; quo libertati suæ præiudicium fieri Confederati Ordines caussabantur. Ampla satis ceteroqui hæc erat Commissio, qua Archiduci & Infanti potestas fiebat siue stabilem & perpetuam pacem faciendi, siue annorum aliquot inducias concludendi cum Confederatis tamquam liberis Prouincijs, & in quas nihil vel ipsi vel Hispaniarum rex iuris sibi arroget, si modo ijs conditionibus quæ Archiducibus ad Dei seruitium & honorem, & ad publicam

Anno
1608.

publicam quietem & salutem commodif-
simæ videbuntur, concludantur. sin autē
siue de ijs quæ ad Religionem pertinent,
siue alijs de rebus inter partes conuenire
non possit; nihil hoc regem Hispaniarum
sibi præiudicatum aut de iure suo diminu-
tum quidquam velle. Et hæc clausula Cō-
federatis non placuit. Archiducum Procu-
ratio & ipsa satis ampla erat; sed verbis
passim & clausulis, quibus itidem præiu-
diciū sibi fieri Confederati quereban-
tur, intertexta: inter quas illa quoq; Ra-
tificationem Hispaniarum registalem fu-
isse qualem Confederati expetiuerint:
quod ipsi non negabant tantum, verum
etiam contra eam protestatos se esse aie-
bant. Iisdem displicebat, quod in ea Pro-
curationis xviii. Septembris scriptæ, non
vero eius quæ nuper x. Ianuarij expedita
erat, fieret mentio: neque illius vllum ex-
hiberetur exemplar. Et his quidem de re-
bus prima hac Sessione fuit disceptatum.

Secunda Sessio viii. Februarij celebra-
ta est, in qua Spinola & collegæ quid in
Confederatorum Instrumento Procura-
torio desiderarent, ostenderunt, sufficiens
illud satisque amplum non esse dictitan-
tes, vtpote in quo mentio fieret Instru-
cti-
onis, quæ tamen non proferretur. At hanc
questionē delegati Cōfederatorū ita solue-
runt,

*Secunda
Sessio;*

Anno
1608.

14

ACTIO BELG.

rūt, vt dicerēt se curaturos vti articulati-
omnia ab Ordinibus ratificētur. Inde ijdē
supra commemorata Hispaniensis & Ar-
chiducalis Procurationis vitia repetierūt:
ad quæ Spinola & Collegæ responderunt,
plenam sibi de his alijsque statuendi facul-
tatem esse concessam, ac propediem quod
deesset suppleturos. Quo in sermone quū
rogantibus Confederatorum delegatis, v-
trum plenam cum Vnitis prouincijs tam-
quam liberis agendi haberent potestatem,
& vtrum pro talibus eas agnoscerent? Sua
quidem nihil interesse, respōderunt, qua-
lemcumque titulum eæ prouinciæ sibi
sumant; neque se interpellaturos e-
as, si vel Regni titulum vsurpare velint: in-
terim vero quum Regem ipsum & Archi-
ducem, tum se quoque pro liberis eas ac
sui iuris habere. Replicantibus, cur er-
go dictarum prouinciarum titulis & in-
signibus ijdem adhuc vterentur? Nihil
noui hoc esse dixerunt: siquidem & ipse
Hispaniarum Rex Hierosolymæ, Rex Gal-
liæ Nauarræ; Rex magnæ Britannia Gal-
liæ regem se scribat, quorum tamen nemo
Regna ea possideret. Quanto magis id li-
ceat Archiduci & Infanti, quorum etiam-
nunc nobilissimæ Belgicę prouinciæ im-
perium agnoscunt? Sperare vero se, vbi
pax confecta fuerit, hoc quoque facile
trans-

Anno
1608.

transactum iri. Interim vero Confederatos id à se rogari, vt hac in re quātum fieri possit, Ordines Principum honoris & estimationis habeant rationem.

Ad xi. Februarij Tertia habita est Sessio: in qua Ordinum delegati Articulum illum de libertate & superioritate Confederatarum Prouinciarum ita declararunt: Si Rex & Archidux verè quod pollicerentur, ipsis tribuerent, necesse esse vti tam suo quam heredum suorum & successorum nomine omni superioritatis iuri renuncient, neque vllum imperium in eos sibi vindicent; vt & in agrum Drentanum & territorium Lingense, & quæ alijs prouincijs sunt annexa, quæque hodie sub ditione Confederatorum continentur; ac simul à titulis & insignibus earum usurpandis abstineant.

Tertia
Sessio.

Hunc Articulum legati Archiducis acceptarunt quidem, spacium tamen & deliberandi & Principis sui sententiam exquirendi petierunt, interim apud aliorum Regum & Principum Legatos de abrupto & præciso quo articulus hic propositus esset modo querebātur. Et pfecto vix quiquā erat, qui tale quid ab Hispaniarū rege, vel Archiduce & Infante concessū iri, vel sibi vel alijs posset persuadere. Mittūtur interim qui ad Archiduces postulatum hoc referrent.

B 4

Alla-

Anno
1594.
Quinta
Sessio.

Allato Bruxellis ad XIII. eiusdem mensis Principum responso, eodem die post meridiem & in hunc Articulum ita vti cōceptus erat, consenserunt: hac tamen addita exceptione, si de ceteris omnibus conueniret; in quibus sperarent Ordines vicissim, ac præsertim in ijs quæ ad Indicam pertinent nauigationem, aliquid cōcessuros, ac faciliores futuros. Quod enim tam liberales pacis conditiones Hispaniarū rex offerat, vnicam causam esse Indicam nauigationem: quam tanto lubentius deferre Confederati debeant, quod & non minus quæstiosa, & minus periculosa in Hispanias, Lusitaniam, ac cetera Catholici Regis regna concedatur ipsis Nauigatio. Mira hæc tanta tamq; insperata Regis Hispaniæ & Archiducis in hac acceptanda conditione liberalitas multis videbatur, dubitantibus an propterea ea vtendum sibi existimarent delegati, quod horū nihil Principes suos ratū habituros aut accepturos, vel suspicarentur, vel scirent; an vero alijs in rebus conditiones ita attemperare constituissent, vt hæc libertas carè emta videri possit. Et ad hoc quidem persuadendum voces nonnullæ iactatę tum sunt, quę Hoboquio Archiducis apud Angliæ Regē Oratori excidisse dicebantur: Illam scilicet superioritatis recognitionem charta-

ccam

Anno
1608.

ceam tantum esse; neque dubitandum esse quin tam ea quam nimia Libertas magnam rerum omnium apud Confederatos perturbationem allatura, ac tandem illam tam præclaram Rempublicam, ac multo facilius quam ipsum bellum, funditus eversura sit. At hæc virum prudẽtem apud regem, eumque Confederatis amicum, effutijisse non est verisimile: equidem magis putem ea ab hominibus maleferiatis & paci infestis ad ferendas vtrimque suspiciones conficta esse.

Ad xvi. Februarij (quæ quinta fuit Sessio) Lex amnestias promulgata fuit, vt scilicet omnia quæ hæctenus facta essent, æterna obliuione sepelirentur, neque cuiquã Repræfationum aut Arrestationis (vt vocant) nisi ob priuata debita, erga quæquam iure vti fas esset. Alterum deinde caput de negociatione & commercijs in medium est prolatum, cuius hæc summa fuit: Negociatio vtrimque omnibus esset libera: omnes æquo iuro defenderentur; nemo vero insolitis oneribus & maioribus quam ipsi indigenæ grauaretur. Hic mox difficilis de Indica negociatione & Navigatione orta est quæstio, Hispanis postulãtib; vt Bataui & socij ab ea omnino desisterent; his vero acriter sese opponentibus, ac rem absurdam esse dictitantibus,

B 5

liberis

Anno
1608.

liberis populis hac in re quæ iure gentium omnibus communis sit, necessitatem & quasi iugum imponi, modumque præscribi: qua etiamsi velint, carere tamen, salua Republica, non possint. hic mox, præsertim qui Indica tractant negocia, ringi, ac dictitare, iam apparere mirificam illam Hispanorum liberalitatem non esse gratuitam: titulum illum speciosæ Libertatis nimio care emtum iri si propterea præcipui nerui Reipublicæ incidantur. Eapropter iidem diuersis scriptis monuerunt Ordines ne tale quidquam consentirent; additis Rationibus earum opum & virium quæ hoc unico veluti ictu essent collapsuræ. Quum enim Confederatæ prouinciæ ceteras fere omnes Europæ regiones nauali apparatu superent, earumque opes in Nauigatione potissimum consistant; harum vero Indica sit quæstuosissima: manifestum cuius esse, hac sublata & ipsum naualem apparatus aut paullatim dilapsurum, aut statim aliò transatum iri. quorum vtrumq; quæ detrimentosum Belgio futurum sit, neminem non videre.

*Mercatores
urgent ne
Indica navi-
gatio à Ba-
zauis desera-
tur.*

Inter alia scripta libellus quoque typis fuit excusus, hoc fere argumento: Amicitiam, commercia ac mutua humanitatis officia tam iure naturali quam gentium Pacem consequi: & conuersationem quidē ac com-

Anno
1608.

ac commercium amicitiae & Pacis esse in-
 dicia, nec cuiquam nisi hostibus denegari.
 Numquam vllibi Pacem conclusam repe-
 riri, vbi exclusa & prohibita sint commer-
 cia. non enim Pacem hanc, sed Proscripti-
 onem futuram: qua non nisi contra ho-
 stes & sceleris condemnatos vtimur. Quod
 igitur Hispani Batauos ex India quasi pro-
 scribant, nihil aliud esse quam quod Pacē
 ipsi in India à Batauis sibi concedi postu-
 lent; ipsi vero interim bello eos persequi
 velint, omni defendendi se iure orbatos.
 Hanc Propositionem primum cum mani-
 festa iniuria; deinde cum aperta fraude es-
 se coniunctam. Eis enim quibus verbo &
 specioso titulo Libertas & Superioritatis
 ius permittatur, re ipsa multo foediorum
 seruitutem imponi quam olim sub vlllo
 Principe. Ecquā enim hanc pacem futu-
 ram quæ bellum alijs inferat, & inultos eos
 quasi constrictis manibus, mactandos alijs
 obijciat? iam ferendum non esse, Oceani,
 cuius vsu iure gentium omnibus commu-
 nis est, magna parte sibi interdici, quorum
 opes maxime in eius vsu consistunt: sed il-
 lud omnium maxime & absurdum & ini-
 quum esse, quod Hispani etiam ab ijs regi-
 onibus Batauos quæ ipsorum imperium
 non agnoscunt, excludere velint. Interdi-
 ctum hoc eiusmodi esse, vt ipsius Reipub-
 licæ

Anno
1608.

licæ iugum petat: quæ liberè Nauigationis & commerciorum vsu vnice hæctenus in tam graui ac diuturno bello se sustentarit. hoc ablato, vel momento collapsurã. Priuatorũ enim imminutis facultatibus, publicas quoque opes imminui: vtrasque vero non ex ipsius terræ visceribus crui, vt in alijs regnis & prouincijs; sed aliunde per Oceanum apportari.

*Quantas
opes offerat
Batavi In-
dica Navi-
gatio.*

At quam perniciosa futura sit Indicæ nauigationis iactura, ex his facile posse intelligi. In India Orientali, vt ex mercatorũ Rationibus apparet, quadraginta iam esse onerarias, & in ijs quinque millia virorũ. Summam capitalem quæ inde exspectatur, esse triginta Auri milliones, siue ter centes centena Aureorum millia. In Guinea quotidie xx. esse naues, inque ijs viri quadringenti. Singulis annis eam negociationem æstimari duodenis Auritonnis. Ad salem ex India apportandum centum fere commeare naues, cum classiarijs mille & octingentis; decies vero centena aureorũ millia quotannis inde confecta. In Cubam & Hispaniolam viginti quotannis emitti Naues, cũ viris quingētis: annuam negociationis summã æstimari ad octies centena aureorum millia. Ex omnibus his in vniuersum confici Naues quam optime instructas, centum octuaginta: epibatarum
siue

Anno
1608.

siue nautarum & classiariorū octo millia, septingentos. Summam pecuniæ vniuersam, quadraginta Auri Millionses & triciscentena aureorum millia. Hanc summam cum reliquis commercijs & negociatione collatam, multo his omnibus maiorem reperiri, & Nauium firmitate, & classiariorū & Nautarum numero, & Pecuniæ ipsius Summa. Inde liquere, deserta Indica navigatione, prouincijs plus quam dimidiā virium partem auferri; non naualium tantum (quibus tamen eorum incolumitas siue salus maxime cōtinetur) sed etiam terrestrium: quum hæ ex illis proueniant & efflorescant. Quamuis autem quum in hac tum in ceteris quoque Navigationibus & commercijs suam quisque sequatur utilitatem: Indici tamen commercij ablationem multo maius ipsi Reipublicæ quam priuatorum utilitatibus detrimentum allaturam. Nam præterquam, inquiūt, quod publicæ opes priuatorum facultatibus innituntur, & pro harum modulo & mensura vel magnæ vel exiguæ censentur: certū est priuatorum opes sine publicis posse consistere, non vero has sine illis: siquidem priuati homines & mercatores vbi tam vbere & quæstiuosa negociatione orbatos se viderint, ad alios populos & regiones commigrabunt, vbi quocumque ve-

lint,

Anno
1608.

lint, naues suas emittere ipsis licet : atque
ita quantum priuatorum ciuium negocia-
tioni & vtilitatibus, tantum quoque pub-
licis viribus decedet. Licet enim Naues
priuatorum sint hominum, & Nautæ pri-
uatorum sumtibus & alantur & inseruiant:
dicere tamen licet tam hos quam illos ni-
hil aliud esse quam magnum aliquod &
validum Reipublicæ Præsidium, quod pri-
uatorum sumtibus continuo alatur atque
exerceatur, vt ad quascumque necessitates
Respublica eo vti possit; quo qui caret, æ-
gre non dico imperium, sed vsum ipsius
Maris tueri poterit. Videmus enim mari-
timas Regnorum vires non eorum mag-
nitudine, sed commerciorum, Nauium &
Nautarum frequentia æstimari. Quare fa-
cessat, inquiunt, talis nescio cuius Superi-
oritatis titulus, qui præter speciem nihil
habet; immo sub specie supremæ digni-
tatis, extremam imponit seruitutē. Quor-
sum vero hæc consilia pertineant, nemini,
inquiunt, penitus omnia considerati ob-
scurum esse potest. Quum enim ipsi vltro
fateantur, Hispaniarum Regem vt pacem
nobiscum faciat, nostramque Rempubli-
cam pro libera agnoscat, & omni suo iuri
renunciet, eo vno maxime moueri vt nos
ab Indica auertat & excludat nauigatione:
dubium non est quin eadem vna ac præci-
pua

Anno
1608.

puā caussa futura sit, cur idem Pacem no-
 biscum factam sit conseruaturus. Mutatis
 enim rerum occasionibus, consilia quoq;
 Principum mutari solent: idque tanto
 magis hic verum est, quanto apertior est
 confessio, oblationem hanc nō à Pacis de-
 siderio aut Naturæ quadā benignitate, aut
 belli tædio, sed Indici thesauri amittendi
 metu proficisci: quo sublato, quis dubitat
 quin idem bellum sit redintegraturus? At-
 que id statim faciet quamprimum nos ex
 Indijs emigrauerimus: quo veluti postli-
 minio redire nequaquā facile, immo vix
 possibile erit, dissoluta societate, mercato-
 ribus alias in regiones profectis, negocia-
 tione aliò translata, Indis amicis nostris &
 confederatis Hispanorum iræ & libidini
 proditis, ac propterea iusta indignatione,
 ob vsurpatam, erga se perfidiam, accen-
 sis, &c.

Atqui Maiores nostri olim ad promo-
 uenda & retinenda commercia, quæ tamen
 exigua admodum tunc erant, grauiissima
 bella suscipere non dubitarunt. quid nos i-
 gitur, quorum tantæ sunt vires maritimæ
 vt ijs coactum hostis iuri suo renunciare
 se vltro fateatur, an excludi nos à meliori
 Orbis parte sinemus, & ijs etiam vbi Hi-
 spanus nullum habet imperium? Quæ ve-
 ro offensiones inde sint nascituræ, facile
 est

Anno 1608. est colligere. Offendentur mercatores, tā fructuosam negociationem eripi sibi videntes; atque aliò procul dubio commigrabunt. Offendentur tot Nautarum milia; qui facilius quoque quam ipsi Hispani de nobis vlcisci se poterunt. Offendentur ciues, vbi negociationem quæ tantopere antea feruebat: frigere iam victusque acquirendi rationem multo difficiliorem esse quam antea senserint. Sed in primis ipsi Indi, qui fidem nostram sequuti, tam turpiter à nobis proditi sunt, numquam postea quidquam sibi nobiscum rei esse volent: nec alij fidendum nobis existimabūt, qui nescio quam speciosum quidem, sed inanem titulum sociorum saluti anteposuerimus. Quid? vtrò etiam nos plerique omnes contemnent, nauali virium, quibus amicis præsidio, hostibus terrori antea fueramus, maxima parte iam destitutos: eademque imbecillitas Hispanos hostes nostros infestissimos, ad iniurias & vim nobis inferendam facile iterum prouocabit. Quod aiunt, satis nobis esse debere, si eas Nauigationes & Negociationes exercere nobis liceat, quæ ante bellum hoc nobis fuerant vsitatae, nec quidquam noui debere postulare; quid aliud volunt quam vt ad eum statum, inopem scilicet, redactos nos videant, in quo olim fuisse nos non negamus!

Anno
1608.

mus? quamobrem? vt scilicet tanto magis iniurijs ipsorum opportuni, & nos nostraque inuiolare cupientibus prædæ simus. Sed & hæc ratio omni caret ratione. Esto, non vsi sumus antea Indico commercio. atqui licebat nobis vti, idque iure gentium, quo nemo nos priuarat. Non vero licebat Hispaniarum Regi, Belgarum Principi, Hispanorum causa eam à nobis abdicare: quum iuratus sit, subditorum Belgarum commercia se defensurum, & prouinciarum commoda quibus posset rationibus promoturum. Sed neque huius rei antea vumquam facta heic est apud Belgas mentio, nisi Anno MDCVI, quum Prouinciarum imperium in Archiduces hac etiã conditione est translatum, ne subditis earum Indicas Nauigationes frequentare liceat. Et hoc quidem vinculo sibi fortassis hanc seruitutem Archiduces, non vero Prouincijs imponere potuerunt. Hæc vna insuper clausula, quam captiosa omnis hæc futura sit tractatio, aperte ostendit. Ecce enim. Ordines vllam omnino suscipere tractationem recusant, nisi Confederatæ Prouincię pro liberis, & in quas neque Hispanus neque Archiduces quidquam iuris habeant, agnoscantur; Hispanus vero & Archiduces pro talibus eas se cognoscere fatentur: cur igitur seruitutem eis hanc

C

impo-

atores, tã
pi sibi vi-
commi-
arum mil-
osi Hispa-
ffenden-
uæ tanto-
victusque
ficiliorem
primis ip-
ti, tam tur-
iam post-
i esse vo-
stimabūt,
dem, sed
anteposu-
plerique
m, quibus
antea fu-
itos: ea-
ostes no-
vim no-
ouocabit.
ere, si eas
exercere
oc nobis
oui debe-
uam vt ad
actos nos
on nega-
mus?

Anno
1608.

imponere volunt? cur imperare illis in quos nihil habent iuris aut potestatis? Inter Tractationis conditiones illa quoque est expressa, vt parti vtrique retinere liceat quod iam habet aut possidet, nisi forte de vtriusque consensu permutationem locorum instituire placeat. iam vero omnium fructuosissimam possessionem ereptū nobis eunt, Indica scilicet commercia, & Navigationum nostrarum semissem, nec tamen quidquam compensationis loco addunt. Neque est vt dicant, se eius loco renunciare suo iuri in has prouincias: quippe cui iam antea coeptam tractationem per litteras renunciarant. Frustra quoque Hispaniensia commercia nobis indulgeri iactant; quibus ante semper vsi sumus, atque etiamnum vtimur, aliarum nationum interuentu & beneficio, non obstante quocumque interdicto. Quin etiam accurate perpendenti, damus eo magis quam accipimus beneficium. Nam & Annonam famis tempore in Hispania Naues nostræ subleuāt: quas etiam cū omni earū precio & mercibus & pecunia ipse rex in sua habet potestate, quibus tamquā fidei nostræ obsidibus, cogere nos quodāmodo possit: quod quidē superiori tēpore tentauit, quū nauibus, nautis, mercatoribus, omnibusq; eorū fortunis manus iniecit: & sine dubio per-

Anno
1608.

perfecisset quod volebat, nisi Indica tū instituta & frequentata postea fuisset navigatio. Sed quid opus fuit Albani Duci omnium rerum decimas poscenti sese opponere, & pro Libertate patriæ tam diuturnum tamque cruentum bellum gerere, si huic seruituti nos subijcere, & non decimam, sed dimidiam quæstus è commercijs nostris partem vltro proijcere velimus, &c.

Atq; hæ potissimæ fuerunt tū mercatorū rationes, quibus Ordinibus persuadere conati sunt, ne ab Indica desisterent Navigatione; addita hac libelli conclusione, Si ita placeat Hispanis, se pacem ab eis hic in Europa ita accepturos, vt nihilominus in regionibus vltra Æquinoctialem aut quem illi constituerint terminum, bellum geratur, & ad prædam ab altero consequendam suis quisque viribus vtatur, sic tamen, ne clades aut damna ibi accepta, hic apud nos in Europa vlcisci liceat, &c. Sed de hac petitione siue conditione non idem omnes sensere. Qui enim maritima habitant, mordicus hanc Navigationem retinendam; qui vero mediterranea incolunt, aliquid indulgendum, & agriculturæ magis habendam rationem censebant. Sed iam ad alias properamus Sessiones.

Conclusio Libelli, &c.

Anno 1608. *Sessiones* VI. VII. VIII IX. Quarum Sexta XIX. Septima XXIII. Octava XXVII. Februarij. Nona vero IV. Martij fuerunt celebratæ: in quibus nihil aliud actum est, quam quod suam pars vtraque pertinaciter tuebatur sententiam, eaque politicis rationibus probare nitebatur. Tandem Confederatorum delegati tria hæc ad deliberandum Regijs proposuerunt: An commercium Indicum pacis beneficio Confederatis simpliciter velint permittere? an vero sub forma veluti induciarũ in certos aliquot annos indulgere? vel deniq; an pace hic constituta, citra Tropicum Cæcri cuiq; vires suas in alterũ experiundi facultatem & liberum arbitrium concedere? Regijs nihil horum placuit. Non primum: quod aperte mandatum sibi dicerent, ne hac in re quidquam consentirent. non vltimum: quod monstrosa res ipsis videretur cum eodem populo pacem simul colere & bellũ gerere: ad dentes, Principes suos Pacis esse Principes, non Belli. de intermedio illo siue certorũ annorum inducijs aliquid fortasse impetrari & transigi posse existimabant, modo promitterent Confederati, se post constitutum terminum ab illa Nauigatione omnino destituros. Confederati siue hac Regionum pertinacia offensi, siue quod hoc veluti mormolyceo terrere eos vellent, societatis

Anno
1608.

cietatis WestIndicæ Procuratores euocaverunt, quasi cum eis acturi ut classes annuæ in Occidentalem quoque Indiam mitterentur; quod vnicuique Hispaniarum regem metuere & detestari arbitrabantur. Sed quum terriculamentis his apud viros cordatos nihil proficerent; apud aliorum Regum & Principum Legatos passim querebantur, sibi liberis eas condiciones vel seruitutes intentari quas ne dominatu quidem oppressi accipere aut ferre possent. Sed multo grauius Regij de intoleranda Confederatorum impotentia conquerebantur, qui Principibus suis non aliter quam captiuis quæcumque ipsi vellent, extorquere conarentur.

Circa id tempus, exeunte scilicet mense Februario, Aurasionensis Principis olim defuncti vidua, è Burbonia familia, è Gallijs Hagam redijt, afferens secum centum viginti scutatorum millia: ad quam salutandam plerique omnes Oratores, etiam Hispani & Archiducis, domum ipsius sese contulerunt.

Quum Aqua hic quod dicitur circa Indicam Navigationem hæreret: Spinola & collegæ illud de Indica amplius se deliberare velle dicentes, ut cetera quoque capita proponerentur ac disceptarentur interim, rogarunt. Quod quidem Confede-

*Principissa
Aurasionensis
è Gallia
redit.*

*Legati Regij
alia capita
urgent.*

Anno
1608.

ratorum delegati non abnuebant, rogabant tamen ut omnia de quibus agere ipsi vellent, vno & eodem scripto consignata traderentur. Quod regij inauditum & ab omni ratione & consuetudine alienum esse dicebant, addentes: Ex ipsis nonneminem interfuisse pacificationi cum Gallis olim & nuper cum Anglis factæ: at nunquam tale aliquid postulatum meminisse. Paratos quidem se esse, de ceteris quoque agere & tractare; sed omnia articulatim. Ac primo loco, si ita ipsis videatur, de Limitibus & mutuis commercijs agi posse, itemque de restitutione bonorum ablatorum. Hoc capite discusso, ad alia deinde progressum fieri posse. Ad hæc illi responderunt: Nihil iniqui ab ipsis postulatum: quum id quod ad ipsos fieri velint, ipsi quoque facere parati sint. neque hoc eò pertinere ut alter alterum circumueniat; aut ut postea ijs quæ posita sunt nihil addere liceat: sed eò tantum ut appareat, quæ præcipue capita pars utraque ad disceptandum proponenda putet, eaque inter se conferantur. Regij deliberaturos sese responderunt: & sic hæc quoque Sessio finem habuit, in qua utriusque politica quadam astutia alter alterum fortasse captantes, frustra fuerunt.

Post hæc reliquis Pacificationis articulis

lis disceptandis septimus Martij dictus est dies, quo vtrunque cum multa protestatione vtriusque partis, ne quid vel omissum vel non satis explicatum sibi fraudi esset, Articuli aliquot siue Capita sunt exhibita: à Confederatis quidem duodetriginta, à Regijs septem tantum, eaque breuia admodum & concisa. Vtraque breuiter ponam. Et primum illa:

Anno

1608.

Pacis Articuli in hac Alliance à Confederatis propositi.

- I. De mutuis Belgarum commercijs.
- II. De securitate commercijs & Nauigationi vtrunque præstanda.
- III. De renunciatione Repræsaliarum, &c. etiam in futuro.
- IV. De Limitibus & Finibus, &c.
- V. De permutatione oppidorum quorundam & arcium, vel murorum deiectione, &c.
- VI. De relinquendis vel solo æquandis castris ad Rurortam & Homburgum: de Rhinberca, & munitionibus circa eam.
- VII. De Cassatione vel reuocatione sententiarum, Decretorum, Proscriptionum, & aliorum Actorum contra Belgas, ex causa Confederationis, Vnionis, Religionis, Belli, quæque eò pertinent.
- VIII. De restitutione Dominiorum, Bonorum immobilium & Actionum Principis

Anno
1608.

Arausionensis &c. quoad ea quæ ab Ordinibus Brabantia & Flandria iam acta sunt; tum etiam quæ Princeps Mauritius scripto consignata petit & postulat.

ix. De restitutione Dominiorum, Bonorum immobilium & Actionum reliquorum Dominorum & personarum ex prædictis causis confiscatorum vel annotatorum, &c. nec non Nauium mercatoriarum, post xxiv. Maij Anni MDCVII. vel à Rege vel ab Archiduce aut Statibus detentatarum aut captarum, &c.

x. Ut ordo constituatur, quomodo bona ex prædictis causis vel creditorum, vel debitorum flagitatione distracta & vendita, ijs in quorum opræiudicium distracta & vendita sunt, &c. restituantur.

xi. De prouentibus bonorum confiscatorum, annotatorum, & non vsurpatorum, durante bello perceptis.

xii. De Cassatione vel reuocatione Dispositionum, Testamentorum, Codicillorum, &c. odio Confederationis, Religionis, Belli, &c. ad cuiusquam præiudicium factorum.

xiii. De debitis & oneribus, Vnionis nomine factis, exsoluendis.

xiv. De exactiōe externi militis, & eliminatione ex omnibus Belgij prouincijs.

xv. De Cassatione Inquisitionis in conscientias

Anno
1608.

scientias Nauigantium & mercaturam exercentium, aliorumque, deque libero in ipsorum Nauibus Religionis exercitio: vtque nullæ Naues, bona, &c. ob causam religionis confiscentur.

xvi. Vt hereditates ab Intestato eorum qui in ditionibus Regis, Archiducum & Statuum mortui sunt, aut morientur, suis & legitimis heredibus restituerentur, siue illi hanc in bello siue alteram partem sequuti sint aut sequantur: an vero & qui heredes sint legitimi, ex iure & consuetudine earum regionum in quibus actiones de quibus disceptatur celebratæ sunt, decideretur.

xvii. Vt antiqua singularum Ciuitatum Priuilegia, ante bellum ipsis concessa & usurpata, integra conseruarentur.

xviii. Si post factam pacem turbæ iterum oriantur, vt mercatoribus, eorum ministris, & alijs omnibus sex mensium spacium vtrimque concedatur, intra quas cum omnibus suis fortunis, &c. discedere ipsis liceat.

xix. Si quid contra hanc Actionem fiat ab alterutra parte, id summarie, vt repararetur, integra nihilominus manente Actione.

xxii. Captiui sine lytro vtrimque dimitterentur.

Anno
1608.

XXI. Omnes Ciuiles æpiones, non publica, sine temporis durante bello præscriptione, integræ manerent.

XXII. De cautionibus ante hanc Actionem de tota causa vel Transactione præstandis.

XXIII. De generalibus & specialibus Renunciationibus, Derogationibus & Obligationibus, ad seruanda inuiolate omnia & singula Transactionis capita & puncta.

XXIV. Vt ad tuendam dictæ Transactionis fidem Cæsarea Maiestas & S. Imperiũ, Galliæ, magnæ Britannia & Daniæ reges inuocentur, ijque hoc in se recipiant.

XXV. Vt Reges, Principes, Respublicæ & Ciuitates quas hac Transactione vel Pace pars vtraq; cõprehendi velit, exprimantur.

XXVI. Vt Portugalliæ Principis habeatur ratio.

XXVII. Vt Transactio ratificetur, publice-
tur, &c.

XXVIII. De omnibus hac in tractatione & singulis articulis, latius ac perspicue declarandis.

Septem illa ab Hispaniæ Regis & Archiducis Oratorib⁹ proposita capita hæc erât.

I. De limitibus & Finibus.

II. De restitutione bonorum ablatorum.

III. De exteris cõmercijs & Negociatione.

IV. De æqualitate Monetæ.

De

Anno
1594.

v. De Anglorum Priuilegijs ad mercaturam & alias res pertinentibus, vt vtrimque seruetur æqualitas.

vi. De Religione & reb⁹ ab ea depēdentib.

vii. De rebus Vicinorum Principum.

Acceptis vtrimq; horū Capitum Indici-
bus, Regij statim, satis materiæ paratū sibi
videre, inquit, ad quā explicandā mul-
tum tēporis requiratur. Quum illud caput
de Vnionis debitis exsoluendis legeret Ri-
chardotus; Pecuniam, inquit, ad debita ex-
soluenda nō habemus, quæ omnis in bello
est consumta. Confederatorum delegati
quum singulari quoq; Capite Religionis
negocium includi; atq; illius vnus etiā in
Hispanicæ Procurationis expressā ac spe-
cialem mentionem fieri animaduenterent,
Caput hoc declarari sibi petierunt, vt quid
eo vellent intelligere possent: An scilicet
Prouincias quas liberas esse ipsi fateantur,
cogere velint ad recipiendam aut admit-
tendam Religionem quam Ordines non
probarent? Vtrum ne hac stipulatione
ius sibi aliquod dictis Prouincijs leges præ-
scribendi retinere vellent? An vero illud
tantū elucidari vellent, quomodo vtriusq;
partis subditi in alteri⁹ ditione vbi diuersa
viget religio, gerere sese debeāt? At Regij,
Caput hoc vnum è postremis esse: ad quod
vbi in Tractatione peruentū fuerit, mentē
suam

Anno
1608.

Sessio XI.
et XII.

suam explicaturos. Atque ita hic conuentus quoque fuit solutus.

Post hæc XI. Martij vndecima celebrata est Sessio, Duodecima vero XIII. eiusdem mensis, in quarum vtraque multis interpositis contestationibus & protestationibus, de Indica Nauigatione ad certum aliquod tempus à Batauis & eorum socijs vsurpanda; itemque de Nauigationis eorumdem in Hispaniam & cetera in Europa Catholici Regis regna & prouincias, variè fuit disceptatum. Post longam satis disputationem Regij, Placere sibi, inquit, vt Confederatorum delegati de vtroque horum, Europæa scilicet Nauigatione, & securitate Negotiantibus præstanda; tum de Indicis inducijs, peculiare scriptum conficiant; quod ipsi in Hispaniam & Brabantiam ad Principes suos sint missuri. Ijdem vero quod Antuerpiensis Negotiationis non magnam peritiam habere se dicerent, petierunt, vt Martinus de la Faille cum duobus aut tribus mercatoribus Antuerpia Hagam euocaretur, vt eius consilio de ea transfigeretur: de quo Confederati deliberaturos se responderunt, atque illud de securitate siue cautione Negotiantibus præstanda disceptarunt. Tandem Confederatis pecuniaria cautio, ad Europeæ nauigationis securitatem

tem

tem commodissima visa est. Petierunt ergo vt Hispaniarũ rex & Archidux in Confederatis prouincijs cautionem præstarēt ac deponerent, decies quinquies centena aureorum millia; polliciti, se vel in Hispania vel vbi rex vellet quinquies centena millia præstituros vel deposituros.

Anno
1608.

Decima tertia Sessione, xvii. Martij habita, Confederatorum delegati Regijs Actorum quæ diximus, de securitate & cautionibus, &c. delineationem exhibuerunt; quæ illi Ad videndum & deliberandũ (vt loquuntur vulgò) acceptarunt ; ac simul prolixum scriptum de Antuerpiæ & aliorum sub Archiducis imperio oppidorum Negociatione exhibuerunt, quomodo scilicet & quibus cum priuilegijs & libertate ea vtendum ipsi censerent: vt scilicet ijs liceat plenis cum oneribus è portibus suis & locis ad quascumque Europæ regiones proficisci, & ad eosdem portus & loca per Confederatorum maria & flumina sine vlllo maiori portorio, vectigali, aut eiusmodi oneribus quam antiquitus fuit vsitatum redire: vt naues suas in Cōfederatorum Aquis & fluminibus per suos homines exonerare, & proprijs suis Nauibus aut Conditorijs inferre, & rursus sine vllis oneribus euehere liceat: vtque nullũ ius stabulæ in vllis alijs mercibus, nisi quæ per-

Sessio XIII.

Anno
1608.

pertinent ad eam prouinciam in qua ciuitas illa quæ stabulæ ius sibi vindicat, sita est, locum habeat, &c. Ad hæc, sed maxime ad postremū vehementes contestationes sunt interpositæ: pars vero vtraque spaziū deliberandi sumfit. Spinola tamen & collegæ aperte præ se ferebant, nihil concludi posse priusquam ex Hispania, quo excurrendum vni aut alteri esset, redijssent. Tū induciæ quoque quæ exspirauerant, in duos menses fuerunt prolongatæ.

Sessio XIV.

Decimaquarta Sessio incidit in diē xx. Martij, in qua Regij ad Confederatorum postulata de concedenda in certos aliquot annos Indica nauigatione vehementer cōtestati sunt; nequaquam scilicet se permissoiros vt in Hispaniam sic mittātur, ac præsertim metum esse ne Tropicus Cācri, quo pacem illi in India determinarent ac finirent, omnem hanc pacis actionem finiret, & Cancri modo retrogradā faceret. Simul suam ipsi mentem & sententiam, quid & quatenus concedi posse existimarent, scripto explicarunt: quod minime fuit ad gustum Confederatorum. Eas enim addiderant Regij conditiones, vt Bataui facile intelligerent post nouem illos annos, quibus Regij concedi ipsis Indicę Nauigationis vsum posse spem fecerant, ea omnino sibi desistendum. Ad illud de securitatis cautionibus

Anno
1608.

onibus responderunt Regij, inauditū esse in tali caussa pecuniariam cautionem præstari; eoque caput hoc plane se repudiare, ac tanto magis quod pecunia omnis bello esset impensa, Spinolæ tamen, addebat Richardotus, in re numaria passim satis esse fidei: eum, si velit sufficientem hac in re cautionem præstare posse: totum hoc, credo irridens.

Ad illa de Europæis commercijs Regij pauca responderunt, quod Antuerpienses expectarent mercatores, pro quibus litteras comeatus postulabant: in illo vero de Indica navigatione Confederati vicissim quoque ad omnium Prouinciarum (quarū non æqualiter intererat) captum & volūntatem accommodare sese cupiebant, illud præcipue spectantes, vt post nouennales illas inducias libera in India nauigandi & negociandi ibi relinqueretur ipsis facultas.

Sessio xv.

Hanc suam mentem & sententiam quum xxv. Martij explicassent in xv. Sessione Regijs Confederati; illi eorum nihil quæ postulauerant à se concedi posse contestati sunt. Hæc tamen ipsorum postulata in Hispaniã missuros. Vt vero illud de Europæo expediretur plane cōmercio, Cōfederati mercatoribus aliquot Antuerpiensibus, at nō illi cui Regij maxime volebant
Martino

Anno
1608. Martino de la Faille, Hagam ad se venien-
di comeatū impertiuerūt. Interea dū dele-
gati Confederatorū illorū animos qui ne-
hilum quidem de Indica nauigatione de-
rogari sibi volebant, ad æquitatem siue
mediocritatem quandam flectere conan-
tur, Richardotus vir magnæ experientiaē
cum iisdem priuatim colloquendi impe-
trauit facultatem, dolenter admodum de
Confederatorum hac in re pertinacia cō-
questus, qui vtrumque & de Indico & de
Europæo commercio caput ijs terminis
inclusissent, vt metus sit ne mox tam fa-
lutari instituto, Pacificationi scilicet, ter-
minum sint allaturi. Neque enim v̄mquā
futurum, vt hæc ita vti ab ipsis concepta
sunt, in Hispania admittantur. Hæc qui-
dem tanto cum animi motu dicebat Ri-
chardotus, vt lachrymæ oculis suffunde-
rentur. Et Confederatorum quidem non-
nulli hac in re quidquid cōcedi salua Re-
publica posset, concedendum, ac præcipu-
um tantum finem Actionis huius Pacifica-
toriæ, Libertatem scilicet & Belli cessatio-
nem spectandum existimabant, eoque po-
stulata sua magis, vt ipsis videbatur, ad Hi-
spanorum captum & voluntatem attem-
perarunt.

Sessio. XVI.

Inde xvi. habita est Sessio vltimo Martij:
in qua illud præcipue de Indica nauigatio-
nemul-

ne multis rationibus est disceptatum. Et Regij quidem Confederatorum postulata in Hispaniam missuros se tum receperunt, delecto ad id munus vel potius onus Patre Naio, qui xxxviii. dierum spacium postulavit, quod dies aliquot in Gallijs commorandum sibi existimaret.

Anno
1608.

Verum enim vero quum tanto studio & contentione illud de Indica navigatione vtrimque disceptatum sit, operæ precium est eorum quæ Confederati postularant summam paucis explicare. Primum fuit, ut liceret Vnitarum Prouinciæ subditis nouem proxime post factam pacem vel inducias sequentibus annis ad omnes regiones, insulas & emporia quæ tum, Anno scilicet MDCVIII. ad Calendas Septembris cis promōtnrium Bouæ Spei, Anno vero MDCIX. vltra idem promontorium ijsdem Calendis non erunt in ditione aut imperio Hispaniarum regis, nauigare, in ijs mercaturam & negociationem exercere: ad ea vero loca quæ eiusdem subsunt imperio, comeari ipsis non liceret, inuitis eorum Gubernatoribus, nisi eò necessitas ipsos compulerit: quo casu non secus quam amici ab Hispanis tractandi essent. eadem vicissim humanitate Confederati in ijs quibus versabuntur aut quæ obtinebunt locis erga Hispanos vte-

*Postulata
Batauorum
de Indica
Navigatione*

D

rentur.

Anno
1608.

rentur. Toto illo nouennio omnis cessaret hostilitas, non inter Hispanos tantum & Belgas Confederatos, verum etiam omnes Reges, Principes & populos qui vel his vel illis amicitia & societate sese coniunxerint; quorum nomina intra triennium Hispaniæ Rex & Archidux Ordinibus Confederatis, & iisdem intra idem tempus iisdem significare & litteris expressa mittere teneantur. Omnia damna interim ijs locis vbi illata fuerint, aut vbi ij qui intulerint habitabunt, vna pars alteri resarcire, & ablata restituere teneretur; alijs vero locis aut erga alias personas iure Repræsaliõrum ob eiusmodi damnum nemini vti liceret. Post nouennium illud de re illa omni inter Hispaniæ Regem ab vna, & Confederatos siue Vnitos Belgas ab altera parte amice transigeretur. Alterum illud de Europæo commercio itidem ab iisdem sic fuit explicatum, vt subditi vtriusque eodem iure atq; iisdem priuilegijs & immunitatibus haberentur, neque quidquam admitteretur quod ad interturbanda commercia pertineret, &c. His ita vtriusque oblatis & acceptis, Confederatorum delegati à Spinola Calendis Aprilis ad magnificum epulum inuitati, & hospitaliter plane liberaliterque tractati sunt: in quo Pater Natus in primis, etiam in vino, in quo Verita-

Anno
1608.

ritatem latere aiunt, ingenuam quandam sinceritatem præ se tulit, ac sequenti die viam Hispaniam versus ingressus est.

P. Naio ad exquirendam Regis sententiam in Hispaniam versus iter ingressus, facile erat colligere vix quidquam interea in cœpta tractatione expeditum iri; verentibus ac cauentibus etiam Regijs ne quidquam consentirent aut agerent quod cum Regis voluntate, quæ nondum ipsis erat plane cognita, pugnaret. Sed hac vna cura magna ex parte eos liberauit multorum ex Ordinum conuentu discessus: ita vt quominus in cœpta tractatione progressus fieret non per Regios, sed per ipsos Confederatos stare videretur.

Dum ita pendet Actio, incerto auctore in Brabantia & alibi passim rumor percrebuit, allatas ex Hispania litteras, quibus Rex omne omnino in India & circumiacentibus insulis & regionibus commercium Confederatis interdictum velit. Tum huic quoque conditioni illam adijci, vt liberum Romano-Catholicæ Religionis exercitium in omnibus Confederatis prouincijs permittatur. Horum alterutrum si Confederati concedere recusent, spem Pacis ex hac quidem Actione nullam esse. Hanc famam nō omnino vanam fuisse exitus postea declarauit,

D 2 Interea

Anno
1568.

Interea vicinorum Principum, Cliuensis scilicet, Coloniensis, Monasteriensis, &c. legati, moræ pertæsi domum reuersi sunt: Confederati vero cum Angliæ rege fedus modis omnibus promouere tentarunt, qui tanto minus difficilis iam futurus videbatur, rationibus omnium debitorum quibus Angliæ regno obligati sunt, ad assem factis & computatis. Multorum quoque voculistum Ordinum Grapharius Cornelius Arsenius fuit traductus, quod scilicet à P. Naio muneribus & donis esset corruptus. Et ille quidem publico scripto propalam proposito rem omnem uti se habebat, exposuit, non negans anulum cum gemma (sex florenorum millibus à Comite Mauritio æstimatum) nec non xv. Ducatorū millia, oblatis ad mercatores litteris collybisticis, à dicto Patre Naio sibi præsentata: anulum quidem de consensu Comitum Mauritiij se accepisse, litteras vero siue scripturam collybisticam repudiasse, adeoque nihil omnino fecisse quod à sinceri Ministri officio sit alienum. Tanta nihilominus vulgi erga eundem fuit inuidia, ut & Mauritius & Ordines purgare eum apud rei imperitos necesse habuerint.

Quamuis autem Naius ad xxiii. Aprilis in Hispaniam appulisse diceretur, atque
intra

Anno
1068.

intra præstitutum XL. dierum terminum
reditus eius expectaretur : res tamen se-
cus accidit. Quam moram ægre ferētibus
Confederatorum delegatis, Regij varijs
rationibus excusarunt, ac præcipue illa
quod tum Rex in filio sibi ad Regnorum
successionem designando valde esset oc-
cupatus.

Ne tamen interea nihil ageretur, xx.
Aprilis xvii. celebrata est Sessio, in qua
Regij petierunt vt noua Confederati abo-
lerent vectigalia, neque pro saluo condu-
ctu quidquam postularent; tum Braban-
tiam & Flandriam in integrum restitue-
rent, designatis & expressis oppidis &arci-
bus quæ Archiduces reddi sibi vellent. in
Brabantia quidem Grauia, Breda, Berg-
opsoma, Vilemostadio, Stenberg, Lilloa,
& alijs in solo Brabantia sitis; in Flandria
Liefgenshuckio, Axella, Terneusa, Ardē-
burgo, Isendicca, Slusa, Bierfleto, Cad-
fanda insula, & quidquid Flandria solo
continetur. Archiduces econtra Linga,
Oldensela & Grolla Confederatis cessu-
ros. Heic non ringi tantum, sed etiam in-
dignari Ordinum delegati, ac dicere, A-
perte hæc cum primis illis promissis pug-
nare, quibus cautum sit, vt pars vtraque
retineat quæ iam possidet. Sed & inæqua-
lem hanc, ac vere quod dicitur, Glauci cū

Sessio xvii.

D 3

Diomede

Anno
1608.

Diomede fore permutationem. Regios enim tot tamque munita à Confederatis postulare oppida, vt eorum singula vel longam obsidionem sustinere, ac bellum propulsare facile possint: contra tria offerri oppidula, quæ omnia vel mediocri exercitu duobus mensibus expugnari possint, neque vel quinquagesimam partem illorum precij æquarent. Parum Confederatis titulum illum quod superiorem neminem agnoscant, profuturum, ereptis foris finium suorum fortissimis propugnaculis; intus vero omni pecuniæ neruo, qui in vectigalibus maxime consistat, spoliatis, &c.

Sessio 18.

23

Duplici Petitione hac in Ordinum cō-
uentu diu multumque disceptata, omni-
bus minime consultum visum fuit, vt vel
alterutrum concederetur. Quare vocatis
xxviii. Aprilis Regijs, Confederatorū de-
legati mentem suam ita exposuerunt: Ne-
quaquam è re sua esse, tot tamque validis
propugnaculis fines suos & Statum nuda-
re; aut Vectigalia & eiusmodi onera & por-
toria abolere, rerum maritimarum colle-
gijs apud se magno ære alieno obstrictis.
Ad hoc Regij ita responderunt, Velle om-
nino suos Principes, qui Pacis sint Princi-
pes non Belli, vt omnia à Bello introducta
(qualia in primis etiam sint infueta illa
vecti-

Anno
1608.

vectigalia) omnino aboleantur, nec mercibus quidquam oneris imponatur quam quod ante Annum MDLXVI. fuerit vsitatum. Ad illud alterum : Principum suorum voluntatem & mentem omnino esse, vt prædicta illa oppida & loca cum summi imperij iure & plenaria iurisdictione sibi restituantur : nihilominus tamen ad tollendam omnem suspicionem, permiffuros vt ea ad paucorum annorum tēpus in Confederatorum sint potestate. Plus quam fraterne Archiduces, suo quidem iudicio, Belgicas prouincias cum Confederatis partiri, quibus opulentiorē & meliorem partem (vt quidem ipsa experientia in bello hoc commonstrarit) relinquunt.

Alia quoque tum res accidit, quæ Confederatis, præter longam illam P. Naij in Hispania moram varias suspicionum præbuit causas. Ioanninus enim Gallorum Regis Legatus exeunte Aprili Confederatis significauit, se à Rege suo vocatum, propediem iter Galliam versus ingressurum. Sic ergo postridie Calendas Maij Roterodamum, atque inde in Selandiam profectus, v. die Hagam redijt, siue tempestate, qua iactatus aliquantulum fuerat, territus, siue acceptis ibi à Rege mandatis, manere iussus. Suspicionem

Anno
1608.

valde auxerat quod illis ipsis diebus Castil-
lonius quoque & Bethunius Gallorum qui
Confederatorum stipendia merent tribu-
ni, excurrendi in Galliam potestatem fla-
gitarant.

Sessio XIX.

Tam multis tamque grauibus curis in-
terea districti Ordines Confederati, exspi-
rantibus iam inducijs, varijs de rebus in
Conuentu suo deliberarunt, in primis ve-
ro de commercijs & eorum securitate, de
bonorum confiscatorum restitutione, &c.
Quo vero maturius omnibus de rebus cō-
sultari posset, inducias ad finem anni vsq;
prorogari placuit, multis reclamantibus,
qui eas Vnitarum Prouinciarum Statui
perniciosissimas esse etiam editis libellis
asserabant. Ordines nihilominus Regijs
ad xx. Maij diem constituerūt, quo vtrim-
que Articuli quidam mutua inter Belgas
commercia, & confiscata bona concernē-
tes fuerunt exhibiti. Qui quum multi nu-
mero essent, Regij non paucorum dierum
deliberationem eam esse responderunt:
illud vero de inducijs ad finem vsque anni
proferendis lubentibus animis accepta-
runt: cui tamen Confederati illam addi-
derant protestationem, quum Reipubli-
cæ suæ status longiorem moram ferre non
possit, velle omnino vt vel in vnam vel in
alteram partem, omnia ante exitum Iulij
expe-

Anno
1608.

expediantur, vt quid sperandum vel non sit, plane quamprimum possint intelligere. Posthæc Verreickius XXI. Maij Bruxellas redeundi facultatem impetrauit, vt Archiducum sententiam, vt dicebat, accuratius exquireret.

Quo non multos post dies reuerso, die *Sessio. XX.* VI. Iunij vtriusque parte delegati iterum conuenerunt, tuncque de finibus siue limitibus variè fuit disceptatum. Regij quû illud de Flandriæ & Brabantia oppidis & arcibus reddendis iniquis animis acceptû prius cognouissent, rem ita temperarunt, vt penes Confederatos suprema quidem Iurisdictio in prædicta Flandriæ & Brabantia oppida maneret, eandem Archiduces etiam in Lingam, Oldenselam & Grollam retinerent; at pagi, villa & agri circumiacentes Archiducum parerent imperio, quo iidem Confederatis quoque in territorijs Lingensi, Oldenselano & Grollano cedere parati essent. Quum deinde ventum esset ad alterum illud caput De restitutione bonorum ablatorum, Æquum esse dicebant, vt bona omnia tam ecclesiastica quam temporalia proprietarijs & Collegijs quæ ab altera essent parte, redderentur. Nec vero deteriore debere esse ipsorum Principum hac in re quam priuati alicuius conditionem, ijsque omnia ipso-

D 5 rum

Anno
1608.

rum Domania quæ vocāt, siue patrimoniales Reditus esse restituendos, vt de ijs quod videbitur statuunt. Eos enim supremæ Iurisdictioni quidem renunciaffe, non verò patrimonium à se abdicaffe. Si vllius, huius certe postulati mētio Ordinibus parum fuit grata: qui inexplicabili ære alieno hac ratione intricari se videbant. Quod ad Iurisdictionem vero in oppida & pagos attinet, id agi dicebant, vt exhaustis oppidis & arcibus, inutilis plane ipsis eorum omnis possessio redderetur. Quum enim ciuium bona & facultates magna ex parte in agris sita sint, eos vt fructibus eorum vtifruui ipsis liceat, in pagos & villas cateruatim cōmigraturos: pagis autē Archiduces multa priuilegia, mercatus, atque etiam ius ciuitatum concessuros, at vetera illa oppida vacua relictum iri. Quo circa aperte apud Regios professi sunt, quum animaduertant eiusmodi postulatis omnem porro Actionem infructuosam reddi, malle se vt quantocyus ea abrumpatur. Regij serìò hæc à Confederatis dici intelligentes, distinctionem quandam Domaniorum in Noua & Vetera adhibuerunt, & illa quidem supremæ Iurisdictioni annexa manere; hæc vero omnino redhiberi volebant. Sub nouorum Domaniorum nomine comprehendebant omnia illa
quæ

Anno
1608.

quæ Belgij Principes (Duces Comites, Domini, respectiue) priuatis nominibus & titulis acquisiissent, quæque ita acquisita certis documentis comprobari possit. Vrgentibus Confederatis vt ea nominatim exprimerentur, id se tum facturos Regij responderunt, quando singula ista probanda essent: Confederati vicissim tã solenni Tractatu nihil dubium aut incertum inferi volebant, quod nescirent, vtrũ integras etiam regiones & territoria hoc nomine comprehendi vellent.

Sessione XXI. quæ x. Quinctilis fuit habita, nihil aliud actum fuit quam quod Regij supremum imperium siue iurisdictionem in territoria siue agros prædictorum oppidorum, itemque nouorum Domani-
Sessio 21.
orum restitutionem vrgerent; Confederati vero neutrum à se concedi posse dicerent. His vltro citroque iactatis, de ceteris quæ discutienda restabant, ac præsertim de religione vtraque alterius sententiam summarie exquisiuit.

Iisdem fere disputationibus Sessiones *Sessiones*
XXII. & XXIII. quæ XIII. & XIV. Quinctilis *22. & 23.*
habite transactæ sunt. Et Confederati quidem tum quidẽ aperte præ se tulerunt, non posse se vltiorem moram ferre: sciscitati etiã, vtrum existimarent Principum suorum mentem & intentionem esse quidquam

Anno
1608.

quam certi ac firmi hac in Actione concludendi? Affirmantibus Regijs, alia sub deliberationem venerunt; inter quæ & illud, vt peregrini milites exauctorati è Belgio educerentur. Tum Regij, Nihil à se hac in re Ordines postulare posse responderunt, ad quod vicissim sese non obstringant, &c. Sic quoque tum infecta fere re omni fuit discessum. Postea vero xvii. Verreickius Ordinum delegatis exposuit, Bruxellas sibi excurrendū, vt Ornamenta quæ ad Equestrem Aurei Velleris dignitatem pertinent, in Hispaniam mittat, quod Rex filium suum iam Regnis inauguratū, eius Collegij Caput siue Principem creare constituisset. Postridie Ioanninus quoque Gallorum regis Legatus, ab Rege suo domum se reuocatum Ordinibus dixit, statimque iter ingressus est: vnde variæ passim suspiciones sunt natæ, quas valde auxit per eisdem dies Petri Toletani in Galliam nunciatus aduentus.

Sessio xxiv:

Delegati interim xxv. Quinctilis in ccepta Tractatione progressi sunt: in qua actum fuit de Priuilegijs oppidorum, Terrarum & Collegiorum mutuo conseruandis. Vt ad vitandas omnes suspiciones ab vna & altera parte bellicæ naues intra tria milliaria à Portubus & Maris ingressibus subsisterent; in terra vero intra mille decem-

Anno
1608.

cempedas à limitibus nullum propugnaculum exstrueretur. Vt Magistratum electio in suprascriptis illis Flandriæ & Brabantia oppidis proximo decennio penes Cōfederatos esset, etiam in ijs quæ particulari aliorum dominorum subsunt imperio. Vt Archidux Pacificationis Acta à iij. Prælati, iij. Baronibus, & iij. Brabantia & Flandriæ oppidis approbari ac rata haberi curaret: qui omnes si quid ille contra prædictum Contractum attentarit, opponere se, & alteri parti auxilium præstare teneantur. Vt si Pax forte infringeretur, subditis vtriusque semestri spacium concedatur, quo interea de rebus suis disponere, & ad tuta venire possent. Quum verò hæc omnia à præcipuo Actionis huius scopo longe adhuc abessent, multa que in ijs maturata egerent deliberatione: nihil certi itidem fuit conclusum.

Calendis Iulij in xxv. Delegatorum cō- *Sessio xxv.*
gressu Religionis causa fuit disceptata, & à Confederatis articuli quidam sunt exhibit, quomodo scilicet subditi vtriusque ad illa loca vbi alia viget religio delati, sese gerere debeant. Eorum summa eò pertinebat, vt Belgis Confederatis iisdem, quoad hanc rem, priuilegijs & libertatibus vtiliceret quibus Angli in Hispania vtuntur, ex vi Pacificationis decreti cū Anglis facti, & Acto-

Anno
1608.

& Actorum ab Hispania Comitabili sub-
signatorum. Quum hac in re quidquam
Regij concedere recusarent, quod ante P.
Naij aduentum nihil certi statuere pos-
sent; eius vero aduētus adhuc incertus ef-
set: Confederati iterum protestari palàm,
clam vero ringi ac æstuarè, intentis maxi-
me in Gallorum regem animis, cum quo
Hispaniarum regem occulta tum consilia
tractare intelligebant. Huc accedebat
quod ipsorum Agens (vt vocant) Peckius
è Gallijs tum scripserat: In sermone sibi
narrasse D. Sellium, Hispaniæ regem non
id agere vt cum Confederatis tamquam
liberis prouincijs pacem faciat, aut iuri
suo renunciè, quamdiu vel pedem in eis
latum sit possessurus; sed quidquid huc vs-
que actum sit eò spectare, vt subditi gusta-
ta semel pacis dulcedine, bellum auersari
incipiant, ac paci omnia posthabentes, eius
conditiones non ferant ipsi, sed accipi-
ant. Licet autem induci se idem Rex pas-
sus fuerit ad ius suum durantibus induci-
js, quodammodo suspendendum: id ta-
men numquam facturum, nisi sub duabus
his expressis conditionibus, vt scilicet Bel-
gæ Confederati ab Indicis omnino absti-
neant commercijs, vtque Catholicam
Religionem omnibus in locis postliminij
iure

Anno
1608.

iure restituant. Gloriarī Hispanos, se hac Pacis tractatione tam perfectam rerum omnium quæ ad Statum Confederatorum pertinent cognitionem assequutos, ut velint nolint, imperata sint facturi. Eos enim à vicinis Regibus & Principibus iam desertos, quorum multi hac tractatione grauiter sint offensi, aut illorum pertinacia adhuc offenduntur: neque dubium esse quin inter ipsos quoque, si Actio hæc minus felicem & optatum exitum consequatur, graues discordiæ sint orituræ. Iam vero omnibus viribus eò Hispaniarum regem elaborare, ut Gallia Regem à Confederatis alienet: eamque ob causam de sponsatione inter Gallia Delphinum siue primogenitum, & filiam suam tractare atque agere. In ea vero re promouenda Romanum Pontificem omnem operam & studium conferre.

Dum ita inter spem & metum quem tandem exitum habitura esset instituta hæc Pacis tractatio, omnium fluctuant animi: certum nuncium è Gallia affertur, prædictum Petrum Toletanum decimo nono Iulij Lutetiam venisse, in eius vero comitatu Patrem Naium, cuius aduentum omnes tã cupide expectabant, nullibi cõparere. Quocirca Ordines Confederati de
abrum-

Anno
1608.

abrumpenda Actione cōsiliū ceperunt: quod vbi Regij cognouerunt, rogarunt eos vt aliquantuli temporis moram adhuc etiam patienter ferrent, segniter in Aula Hispaniensi; omnia pro more expediri caussati simul vt Actionis continuatio in sex septimanas prolongaretur, quibus interea forsā controuersa aliqua explicari possint. Quamuis autem omnia quodammodo ab Naij aduentu pendere viderentur, Spinolam tamen aiunt nonnullis familiariter dixisse, videri sibi P. Naij aduentū frustra exspectari, quod Regi, Archiducibus & sibi etiam nonnulla ante persuasisset, quorum omnium nihil fortasse futurum aut successurum esset, ac præsertim de Indicis commercijs, Religione & alijs rebus. Certe Daniæ Regis Legatus moram hanc tam impatiēter tulit, vt abire omnino constituerit, quamuis tam Regij quam Confederati omnibus modis persuadere ei conarentur, vt aliquantisper adhuc exspectaret. At ille abire certus vltimo Iulij Confederatis; sequenti deinde die, Calendis Augusti scilicet, Regijs valedixit, inter alia dicens: Multorum sermonibus se olim Hispanicam audiuisse celebrari patientiam: & fateri quidem eam sua maiorem esse. Instantibus vt vel paucos aliquot dies maneret, Ne vnum quidem post illū, respon-

respondit: statimque conuasatis suis re-
bus, sequenti die iter est ingressus.

Anno
1608.

Eodem tempore Petrus Brederodius
Confederatorum in Germaniæ partibus
Agens ad eosdem scripserat, certis indicijs
se comperisse, Hispaniarum Regis apud
Cæsaream Maiestatem Oratorem prote-
statum esse, vehementer errare eos qui ex-
istiment Regem omni iuri & imperio in
Confederatas prouincias renunciasse. ne-
que enim è cōsensu vel actionib⁹ quibus-
cum que Regis id elici aut sumi posse: sed
quidquid huius actum fuerit, id eo perti-
nere, vt ab Indica negociatione diuertan-
tur Bataui, & Catholica passim restituatur
Religio. Hæc cum ijs collata quæ Hobo-
quius in Anglia ad ipsum Regem dixisse
ferebatur; tum quæ Peckius è Gallia nun-
ciauerat, quæque initio statim Cæsar de
nullitate Actionis protestatus fuerat, spem
fere omnem boni alicuius & fructuosi e-
uentus in suspiciosorum quorundam ani-
mis præciderunt: quamuis alij feliciora o-
mnia sperarent, hæcque ad impediendam
Pacem ab hominibus maleferiatis confi-
cta esse arbitrarentur.

Paullo post, xiv. Sextilis Hagam redijt
Ioanninus Gallorum Regis Legatus, qui
xviii. eiusdem in Ordinum Conuentu
caussas itineris sui exposuit, ac simul Petri

*Hispaniarum
Rex cum
Galliarum
rege agit de
matrimonio.*

E

Toletani

Anno 1608. Toletani in Galliam aduentum, ad subuertendam, vt ipse dicebat, omnem coeptam Actionem missi. At Regem suum, cui Confederatarum prouinciarum salus & conseruatio vnice cordi sit, nihil eorum quæ is postulauerat, admisisse, &c. Idem tamen quæ vel qualia illa fuissent Toletani postulata aut oblationes, non expressit, quarum cognitio mox aliunde emanauit: missum scilicet prædictum Toletanum ab Hispaniarum Rege ad Gallia Regem, vt inter Francia Delphinum Regis filium, & primogenitam Hispaniarum Regis filiam siue Infantem desponsationem vel matrimonium in futurum conciliaret, oblato dotis nomine, omni iure quod Rex Hispaniarum in Confederatas prouincias haberet. Hæc tum publico rumore circumferrebantur: quo vero consilio ista facta sint, cõijcere magis & diuinare quam asseuerare licet.

Sessio xxvi. Ioannino dein & aliorum Principum Legatis Actionis progressum vel finem vrgentibus. xx. Sextilis xxvi. habita est Sessio, in qua præcipua illa de Libertate, Religione, Indico commercio, limitibus, &c. in medium iterum fuere proposita. De primo rogati Regij, iam se à Principibus eis de rebus mandata accepisse responderunt, hanc quidem in sententiam. Paratos esse tam Regem Hispaniarum

Anno
1608.

Hispaniarum quã Archiduces iuri suo si-
ue summo imperio (*Souerainité* Galli vo-
cant) in Confederatas prouincias renun-
ciare, quidquid alij dicãt: sed eius loco duo
hæc ab Cõfederatis postulare. Primum, vt
vbiq; in ipsorum ditioe Romanæ Catho-
licæ Religionis vsum & exercitiũ restituãt:
alterum, vt ab Indica tam Orientali quam
Occidentali omnino absistãt nauigatione.
Ad cetera capita q̃ attinet, se putare ea à
se concessa, vt plus ab se postulari nõ pos-
sit. Persistentibus hac in sententia Regijs,
Confederatorũ delegati rē omnē ad Gene-
raliũ Ordinũ conuentũ detulerũt, qui col-
latis etiam cū Gallix & magnæ Britannix
regũ, & Palatini, Brandēburgensis & Lant-
grauij Legatis consilijs, xxiii. Augusti de-
creuerũt, Actionem abrumpendam esse,
cuius Decreti hæc fere est summa. Quam-
uis quum sæpe aliàs & Cæsareæ Maiestati,
& præcipuis totius Europæ Regibus &
Principibus, tum nuper quoque Alberto
& Isabellæ Archiducibus, &c. vt de pace vel
inducijs ageretur instantibus, illud semper
responderint, nec piè, nec honestè, nec tu-
to se posse ad vllã eiusmodi Actionē (quæ
Cõfederatis prouincijs semper fuerit per-
niciosa) cum eis condescendere, qui con-
tra decretã, propugnatam & confirmatã
suam Libertatem quidquam in aut contra

E a dictas

Anno
1068.

dictas prouincias prætendunt (in quo quidem proposito etiamnum persistant, protestantes se ab omnium earum miseriarum quæ è bello hoc ob prædictas illas prætensiones suscepto & ipsis prouinciarum subditis & vicinis etiam populis incubuerint, aut porro incubituræ sint, culpa esse alienos) certas tamen ob causas non ita pridem cum Hispaniarum Rege & Archiducibus transactionem de Pace vel inducijs instituisse, quod eas illi offerrent cõditiones quas honeste ipsi recusare non possent. Primum enim se ab Archiducibus, deinde ipso etiam Rege tamquam liberarum prouinciarum, & in quas nihil ipsi iuris prætendant, Status ad Actionem vel de perpetua Pace vel multorum annorum inducijs inuitatos esse, his conditionibus, vt si Induciæ fierent, quisque quod iam obtinebat retineret; sin Pax, illud quod Pacis legibus erit expressum: quibus quum alia adiecta fuisset conditio, vt scilicet Confederati ab Indica desisterent Nauigatione, ij vero aperte hoc recusassent, id quoque remissum fuisse: vt pateat ex Actis XIII. Martij Anno MDCVII. signatis & conclusis. Postea eosdem Archiduces omnia quæ Confederatis receperant ac promiserant, Instrumẽto soleẽiter omnibus rebus quibus oportet munito, rata habuisse; vt-
que

Anno
1608.

que ad ea Hispaniarum quoque Regis ac-
cedat consensus, voluntas & stipulatio, ef-
fecturos se promississe; factis interim indu-
cijs, vt tanto commodius omnia peragi
possent. Allata deinde tria Actorum & an-
nexi ab Hispaniarum Rege consensus ex-
empla siue formas: quarum bina vltimo
Quintilis, tertium xviii. Septembris scri-
pta fuerint, his fere verbis conclusa: Et
quandoquidem prædicti Archiduces, fra-
ter & soror nostra in prædicto Tractatu
polliciti sunt se præfatis Statibus litteras
nostræ Ratificationis & similis Declarati-
onis, cum omnibus generalibus & par-
ticularibus Renunciationibus & obliga-
tionibus ad id requisitis, exhibituros: Nos
post maturam deliberationem & consul-
tationem, ex certa scientia & absoluta Re-
gia potestate, ad satisfactionem dicti pro-
missi & confirmationem præcipui Tra-
ctatus de Pace vel multorum annorum in-
ducijs, Fecimus & hoc ipse facimus simi-
lem Declarationem qualem frater & soror
nostra iã fecerunt, quantũ quidẽ ad nos at-
tinet. Et præcipue declaramus, Nos ac-
quiescere vt nostro nomine cum prædictis
Statibus & Prouincijs quas pro liberis
Statibus & Prouincijs habemus & agno-
scimus, & in quas nihil juris prætendimus,
Tractatio suscipiatur. Laudauimus quo-

Anno
1608.

que, approbauimus, confirmauimus & ratificauimus, quemadmodum etiam presentibus hifce laudamus, approbamus, confirmamus & ratificamus, omnes & singulos Articulos & Capita prædicto Tractatu comprehensa, promittentes in verbo Regio & fide Nos omnia ea & singula obseruatuos & impletuors, & obseruari & impleri facturos articulatim, non secus ac si Nos ipsi ab initio ea omnia declarassemus, assensi & polliciti essemus, ac si omnia nostra interuentione & auctoritate tractata essent & conclusa; neq; umquam quidquam quod ijs repugnet facturos aut fieri passuros. Promittimus similiter Nos reparatuos omnes directas & indirectas contrauentionis, eo modo, ut in omnibus illis supradictis rebus plene & bona fide Statibus satisfiat: ad quod Nos in verbo Regio obstringimus, cum omnibus generalibus & particularibus Renunciationibus & Obligationibus, ad id requisitis. Promittimus similiter, Nos quamprimum vel Pacis vel Induciarum Tractatio conclusa fuerit, in perfecta forma omnia ea expedituros quæ ad executionem tractatorum & concordatorum necessaria videbuntur, &c. Quibus Actis annexa fuerit aperta reiectio omnium eorû quæ contra iam dictum consensum vel Ratificationem elici quoquo modo aut allegari possent: itemq; Ordinû expressa Decla-

Anno
1608.

claratio, se tamquã liberos Status & Prouin-
cias, cū Dei & Confederatorū (Galliæ, An-
glię, Daniæ Regum, & aliorum Principū)
auxilio & consilio Leges suis prouincijs ip-
sos posse ponere, eaq; omnia facere quæ &
ad publicã Prouinciarū salutē (sub quibus
Religionē etiã à se intelligi, Archiducū de-
legatis aperte fuerit indicatū) & priuatã cu-
iusq; utilitatē pertinent: neq; passuros vt
in Principali Tractatu quidquam contra
proponatur aut fiat, &c. Tandem impetra-
to consensu, delegatos ab Hispaniarū Re-
ge & Archiducibus Hagam venisse: ac tum
denuo ante cœptã Tractationē superiorē
illam stipulationem fuisse interpositã, Sæ-
pedictarū Prouinciarū Status (enumeratis
singulis, cū omnibus eis annexis dominijs,
nec non illis omnibus regionibus quæ sub
dictorum Statuum imperio & ditione cō-
tinētur) tam à rege Hispaniarū quam Ar-
chiducibus eorumq; heredibus & succes-
soribus procreatis & procreandis, pro libe-
ris agnosci & haberi, neq; quidquã in eas
ab illis ipsis prętendi, neq; cōtra hoc quid-
quam facturos, aut fieri passuros (ne in ti-
tulis quidē & insignibus dictarū Prouinci-
arū vsurpandis) Item posthac in perpetuū
bonã, firmã, & inuiolabilē fore pacē inter
Regem & Archiduces eorumq; liberos &
successores, & prędictos Status in omnibus
Regnis, dominijs, ciuitatib⁹, & locis quib⁹.

Anno
1608.

cumque vtriusque partis imperio subiectis, nullo loco aut persona exceptis. Item, vt posthac tam Rex, Archiduces & Status, quam eorum vtrimque subditi amice inter se viuant, obliti omnium iniuriarum & inimicitia, &c. At in Tractationis progressu omnia eò directa fuisse, vt illa quam confessi ante fuerant Vnitarum prouinciarum Libertas non minueretur tantum præcipuis in Articulis, verum etiã plane eneruaretur atque eluderetur. Primum in ijs quæ ad commercia & Nauigationem pertinent, vnde tamen maxime regionum incolumitas dependet. Deinde in auulsione quarumdam Prouinciarum, quæ necessariò ex ijs quæ Regij postulauerant, sequutura erat. Item in eo quod in controuersiam vocarint superioritatis ius in oppida quædam, vel pagos certe, sub Confederatorum ditione comprehensa: tum quod bona quædam patrimonialia & domania à prioribus Principibus acquisita reddi postularint, nec tamen quæ & qualia illa sint exprimere voluerint: de eo vero quod ad Religionem pertinet capite rogati, modo nihil in eo se petituros responderint quod Ordines offendere possit; modo vero hac de re decretum ex Hispania expectandum dixerint. Quo autem citius de Hispaniarum Regis & de hoc & de altero illo

Anno
1608.

illo Nauigationis & Negociationis articulo, mente & sententia certi aliquid cognoscatur; è suis aliquem in Hispaniam missum iri. Quamquam autem ex his alijsque multis considerationibus & caussis integrum sibi fuerit omnem statim abrumperre Actionem; publicæ tamen quietis & pacis desiderio, ad solatium subditorum & vicinorum, annitentibus maxime Gallix, Angliæ, Daniæ Regum, & Germanorum quorundam Principum Legatis siue Oratoribus, annuisse vt delegatorum aliquis in Hispaniam proficisceretur, ad exquirendam Regis hac in re sententiam: addita expressè hac conditione, in id posthac numquam deinde Ordines Confederatos consensuros, iam vero tantum reditum eius qui profectus esset, & extrema Regis mandata expectaturos: eamque ob rem inducias in duos tantum menses Aprilem & Maium fuisse prolongatas. Quum vero is qui missus fuerat, ad constitutum tempus non redijisset; inducias iterum ad anni vsque exitum fuisse prolatas: tumque se iterum protestatos esse, nisi intra duos à Maio proxime sequenti menses certi quid ex Hispania afferretur, Actionem omnino se abrupturos. Mense deinde Iunio, nulli bi ahuc comparente illo internuncio, è varijs regnis & regionibus non fama tantum,

Anno
1608.

sed alijs etiam indicijs allatum esse, Hispanorum Regi eiusque Consiliarijs Tractationem hanc non ita cordi esse, neque id agere quod palam agere simulent; sed veluti cuniculis quibusdam harum Prouinciarum Statum suffodere clam & oppugnare. Ea de re delegatos admonitos, rumulos illos vanos esse omni asseueratione contendisse; se enim certos esse, & ex veris indicijs cōpertum habere, sincere omnia & bona fide agi. Eisdem dein, currente iam ad finem mense Iulio, & simul termino induciarum, Ordines certiores fecisse, Nunciari sibi ex Hispania, Patrem Commissarium xv. Iulij in aulam vocatum esse ad accipienda mandata: eumque sine dubio breui in Belgium rediturum. Sic iterum Ordines ad xx. Augusti acquieuisse. Quum vero interea à suis suæque Reipublicæ amantibus multò magis ac seriò monerentur Ordines, Tractationē hanc longe alium in finem esse propositum quā ipsi putarent, neque vñquam Hispaniarum Regem ea concessurum, quæ ipsi concessam sibi arbitrarentur: Regis & Archiducum delegatis hæc iterum fuisse exposita, qui de Principum suorum sententia rogati, Nihil aliud sibi constare, responderint, quam sincere eos omnia agere, neque illud reuocare quod semel annuerint, vt
scili-

Anno
1608.

scilicet Confederatę Prouincię pro liberis,
 & in quas vel contra quas nihil ipsi præte-
 dant, aut in quas vllum Vassallagij ius sibi
 retinere velint, habeantur; sed vicissim
 duo ab Confederatis contendere, primū
 vt Catholica Romana vbique in ipsorum
 ditione restituatur Religio: alterum, vt
 subditi ab Indica plane desistāt Nauigati-
 one. Tum præter duo ista in illis quoque
 quæ in alijs Articulis & Capitibus postula-
 uerant, perstitisse, in abolitione scilicet Ve-
 ctigalium, in diuulsione regionum & op-
 pidorum quæ ad Geldriensem Ducatum
 pertinent, in retentione locorum CisRhe-
 nanorum, atque eorum etiam quæ sine vl-
 la contradictione ad ditionem S. Romani
 Imperij pertinent, in præensione supre-
 mæ Iurisdictionis in pagos & oppida Flan-
 driæ & Brabantia, sub Ordinum imperio
 comprehensa, &c. Præterea eosdem Do-
 mania & bona quæ Belgij olim Principes,
 (Duces, Comites, Domini, respectiue,
 Vnitarum prouinciarum) sibi acquisiuis-
 sent, Alberto & Isabellæ Archiducibus re-
 stitui flagitasse: neque illud quod Ordines
 petierant, vt scilicet ea quæ conclusa hic
 essent, Status, Barones & oppida sub Ar-
 chiducum imperio confirmarent, ac pro-
 mitterent seseque obstringerent, curatu-
 ros vt omnia ita vti conclusa & confirmata
 fuerint,

Anno
1608.

fuerint, fiant atque impleantur, lubenter annuiffe, fed quodammodo tergiuerfatos effe. Quæ omnia aliaque quum nihil aliud fapiant quam meras prætenfiones & derogationes contra decretam, propugnata, confirmatam & confeffam (ignofcat Prifcianus cum vulgo loquenti) Vnitarum prouinciarum libertatem: confultum Ordinibus videri, vt Actioni finis imponatur. Sibi quidem vehementer dolere euentum exfpectationi non respondiffe: fed & proteftari, per fe non ftetiffe quominus cruentum hoc bellum in firmam & stabilem pacem commutatum fuerit. Acta hæc funt & decreta Hagæ-Comitis xxv. Sextilis Anno MDCVIII.

*Decretum
Regis exhibetur.*

Refponfum hoc, bene, vt ipsis videbatur, expensū & trutinatū, Confederati Ordines per delegatos fuos ad hanc Tractationē Regijs exhibuerunt, addita proteftatione, bona à fe omnia fide & sincerè acta; fed ex propositis ab Hispaniarum Rege & Archiduce tam duris conditionibus facile fe perfpicere, vtrique Tractationem hanc non effe cordi; adeoque nolle fe quemquā patientia fua amplius abuti, &c. Regij acceptum refponfum lecturos fe, atque inde confilium capturos refponderūt: quo vbi omnem actionem præcidi atque abrumpi intellexerunt, graūiter de Ordinum tam
temera-

temerario decreto, vt ipsis videbatur, apud præfentes Regum & Principum Oratores conquesti sunt.

Anno
1608.

XXVII. Augusti omnes Legati siue Oratores, qui Pacis tractationi velut sequestri aut arbitri interfuerunt, in Ordinum Cōuentu comparentes, exposuerunt, Se quidem ad hoc munus à Principibus & Dominis suos delectos, in promouendo pacis negotio omnem quam potuerint operam collocasse, bona quidem cum spe, sed sinistro, vt videatur, euentu. Ceterum quum sibi à Dominis suis mandatum sit, vt si Pax confici non posset, ad inducias saltem faciendas partem vtramque inducant; monitos velle Ordines vt si eæ ab aduersa parte impetrari possint cum Vnitarum prouinciarum commodo, eas non aspernarentur, his nimirum conditionibus: vt eæ induciæ cum Confederatis Ordinibus fierent tamquã cū liberis Statibus, in quos & contra quos Rex Hispaniæ & Archiduces nihil prætendant: vt in Indiam, Hispaniam, & ceteras Belgij prouincias sub Archiducibus subditis ipsorum Nauigare, ibiq; commercia exercere liceret: vt quæ iam tenent omnia retinerent; & si quid aliud sit quod ad Status sui securitatem facere Ordines arbitrarentur. Licet autem valde verendum sit, vt Hispaniæ rex & Archidux

Legati induciarum tractationem proponunt.

his

Anno
1680.

his conditionibus inducias facere velint: suadere se tamen Ordinibus vt earum tractationem non respuant. sic enim causam ipsorum, si bellum gerendum sit, iustiorē visum iri, ac tanto magis appariturum quā diligenter & sollicite Principes & Domini ipsorum omnia ad componendum hoc & pacificandum tam graue tamque periculosum bellum fecerint. Eamdē verò vtilitatem ex inducijs quam è pace exspectari posse: neque consilium hoc vllō modo suspectum ipsis esse debere, vtpote ab amicis profectum, & ijs quidem quorum multū intersit vnitas prouincias in eo statu in quō iam sunt, conseruari. Inde ad Regios delegatos ijsdem profecti, eisdem idē de induciarum tractatione instituenda consilium dederunt: de quo tam hi quam illi deliberaturos sese responderunt.

*Confederato
rū responsum*

Post varias consultationes Ordines Cōfederati x x x. Augusti prædictis Legatis hanc in sententiam responderunt: vt de multorum annorum inducijs agatur, consentire se, ijs tamen conditionibus quas ipsi Legati supra proposuissent; ac præsertim vt simpliciter & absolute Vnitarum prouinciarum Status liber & sui iuris pronunciatur, neque postea cēssantibus inducijs, earum Libertas in dubium reuocetur. Quod si Rex & Archidux hæc ita intelligi & re-

Anno
1608.

& restringi velint, vt finitis inducijs præ-
tensiones ipsis maneat integræ, multis de
caussis vel ab Induciarum mentione sese
abhorrere.

Eodem modo Regij delegati III. Sep- *Regiorum*
tembris ijsdem Legatis responsi loco de- *responsum*
clararunt, nihil se de faciendis sub hac
conditione inducijs vt suorum Principum
nomine absolutam Prouincijs Vnitis con-
cedant libertatem, omnique iuri renun-
cient, tum Indicam etiam permittant Na-
uigationem, in mandatis habere. Ceterum
Legatorum hoc postulatum Bruxellas mi-
sisse, ac intra quatrimum inde responsum
expectare. Quo ad VII. Septembris acce-
pto, duobus sequentibus diebus aliquoti-
es cum prædictis Legatis congressi, Prin-
cipum suorum mentem aut consilium ne-
quaquam esse responderunt, sub his con-
ditionibus cum Vnitis prouincijs facere
inducias vt iuri suo in eas plane renunci-
ent, ac multo minus vt Romanæ Catholi-
cæ Religionis exercitium excludi inde pa-
tiantur, aut Indicam permittant Nauiga-
tionem. Ab Archiduce nihilominus in-
duciarum formulam ad Hispaniarum Re-
gem missam, ad sententiam eius & volun-
tatem hac in re exquirendam: ac sperare
ante exitum Septembr. respōsum acceptu-
ros. Quod si Cōfederatis Ordinibus place-
at,

Anno
1608.

at, paratos se esse cum ipsis Archiducum nomine iam factas inducias & ab Hispaniarum Rege confirmatas in septem annos prorogare: ad quarum ratificationem nō opus sit illam de Prouinciarum libertate conditionem denuo repeti, quippe quæ iam superiori illo consensu tacite comprehendatur. Alioqui enim noua ea de re mādāta ab Hispaniæ Rege impetranda fore: in Hispania vero tarde hoc processurum, quod pauci ibi pacem secundum propositas ab Cōfederatis cōditiones fieri velint, neque bellum finiri tantopere expetant vt Archiduces. Quod ad Indica & Hispanica commercia attinet, effecturos Archiduces vt pacta conuenta ab Hispaniarum Rege confirmantur. In ceteris eam moderatōnem adhibituros, vt nemo quidquam in se iure desiderare possit. Sed sperare vicissim Ordines quoque pari modestia vsuros.

Responsum hoc Regiorum Legati prædicti eodem die ad Ordines Confederatos retulerunt, addentes, quandoquidem existiment Confederatis hæc non magnopere placitura, vt quibus talis non annexa esset declaratio quali ad Status sui securitatem & libertatem opus ipsi existimarent, rogare se vt delegatis alterius partis ad exitum vsque Septembris manere liceret.

Anno
1608.

Re in Ordinum Concilio deliberata, nonnulli omnem statim Actionem abruptam censebant. Aiebant enim, Nimis longe à proposito discedi, à tuta Pace scilicet à periculosas Inducias, ab Inducijs ad suspensionem armorum in paucos annos continuandam: quæ multo omnium sit periculosissima. Sed & longe alias iam ferri conditiones. Nam à tam splendida ab ipsa aduersa parte promissa & oblata Libertate rem iam ad talẽ reuocari actionem in qua ne mentio quidem facienda esset Libertatis, sed quæ tamquam inclusa illi Contractui esset intelligenda, in quo ipsi delegati fateantur nihil tale à se concedi posse, quum nihil tale in mandatis habeant. Horum sententia quum in consilio vicisset, Confederati nullam nouam Actionem inchoãdam decreuerunt: Regijs tamen delegatis ad exitum vsque mensis commorãdi potestatem fecerunt, hoc addito, vt si intra hoc tempus ijdem plenaria mandata non acciperent, ad discessum sese compararent. Acta hæc sunt XIII. Septembris.

Circa idem tempus Comes Mauritius missis ad præcipuas Hollandiæ ciuitates litteris, quid hæctenus actum, & quæ propositæ à Regijs conditiones, quam denique exigua spes pacis esset, eis significauit:

F

vnde

Anno 1608. vnde multo magis tam optabilis rei (Pacis scilicet) desiderium refrixit.

Post hæc Regij delegati cum ceterorum Regum ac Principum Legatis xxv. & sequente die collatis consilijs, ab Archiduce mandata se accepisse dixerunt, vt cum Vnitarum prouinciarum Statibus tamquam cum liberis Statibus, in quos nihil vel Rex (pro quo fideiussorem se interponant Archiduces) vel ipsi Archiduces prætendant, in septem annos inducias constituent, his conditionibus, vt subditi vtriusque per totam Europam amice & pacifice inter se viuant, conuersentur & negocietur; vt pars vtraque retineat quod iam possidet; vtque omnis in Europa cesset hostilitas, &cæt. At quum Legati duo illa in primis vrgerent, absolutæ scilicet Libertatis declarationem, & Indicæ nauigationis permissionem, quæ si non concedantur, nec posse se nec velle quidquam tale Ordinibus Confederatis proponere; Regij vero plus eo in mandatis se non habere dicerent; ita discessum est. Quocirca inde Regij omni spe abiecta, iam cõuafare res suas, & impedimēta præmittere cœperunt, conductis etiam nauigijs, & petitis ab Ordinibus salui conductus Vilbrocum vsque litteris. Et xxviii. quidem Septembris Mauritio Comiti ac
matri

Anno
1608.

matri eius Arausionensis Principis viduæ; postridiè vero omnibus cæterorum Regū ac Principum Legatis valedixerunt. Tandem vltimo Septembris Spinola, Richardotus & Mancidor in Ordinum conuentum venerunt, vbi Richardotus multa de sinceritate Regis & Archiducum in hoc omni negotio protestatus, multa etiam de Ordinum præcisa resolutione cōquestus, grauibus verbis eos monuit, vt diligenter quid iam ipsis oblatum esset, considerarent, nec tam præfractè ac temere reijcerent atque aspernarentur quod frustra olim forsan essent requisituri. Quod si iterum bello dederint causam, omnem sanguinem qui in eo posthac effundetur, ipsis imputatū iri. Ad hæc Ordines: à se quidem omnia sincere, & sine vlla fraude aut simulatione in hoc eodem negotio cœpta omnia & acta, neque sua culpa Actionem abruptam, & sine fructu euanescere, verū ipsorum delegatorum, qui non velint aut non possint absolutam Vnitis Prouincijs præstare Libertatem, quam tamen promiserint antequam in eas pedem intulissent. Inde Spinola paucis verbis sinceram suam voluntatem & intentionem in promouenda pace exposuit, quam videat nunc magno cum suo dolore impediri. Salutatis inde humaniter & consuetis cum ceremonijs

Anno
1608.

monijs singulis, sumtoque apud Mauritiū Comitem prandio, post meridiem in viā se se dederunt, comitante eos Mauritio Risuicum vsque; at eius frater Henricus Nassouius ad portum Delphensem vsque eos deduxit, vbi conscensa Mauritiij celo- ce & alijs ad ipforum vsum conductis nauigijs, vnā cum Domino Lirano Vilhelmostadij gubernatore, & Duenuordio Hollandiæ Admiratio, Dordracum præteruecti, secunda Octobris, sæua iactati tē- pestate mane Lilloum appulerūt. hic quū ad suos Liranus & Duenuordius reuerti vellent, ac delegatis valedixissent, ab ijs- dem exorati sunt vt Antuerpiam vnā proficiscerentur, Et vterque cum exi- guo comitatu eis obsequuti quidem sunt sed quo minus præsentia & humanitate delegatorum frui potuerint, eorum fecit festinatio; quippe qui ea nocte adhuc Bruxellas sunt profecti.

Spinola quidem discessurus, magna li- beralitate omnes, ac præsertim domesti- cos in diuersorio prosequutus est, erogatis circiter quinque florenorum millibus.

*que post dis-
cessum Re-
giorum acta.*

Legatis digressis, in lucem prolata est Instructio quædam à Richardoto, vt vide- ri volebant, in cubiculo relicta. Ceterum quum de illa merito dubitetur vtrum ve- ra sit an supposititia (& certe scholam aut etiam

etiam officinam magis sapere illa videtur quam aulam) nobis eius mentionem hic facere satis sit.

Anno
1608.

Spe pacis præcisa, Regum ac Principū Legati, sed Galli inprimis & Angli de inducijs faciendis cōsilium Ordinibus rursus proposuerunt. Factum hic est quod fieri aslolet, vt scilicet è diuersis prouincijs composita membra in factiones scindantur. Selandi inprimis & Amsterodamenses omnem induciarum mentionem præfracte reiecerunt: quibus etiam Enchusani, Delphenses, Hornani & alij sese postea adiunxerunt. Aiunt solos Amsterodamenses recepisse se quartam sumtuū in bellū partem facturos ex suis quæ quotannis conferre solent vectigalibus & tributis. Interim vulgus vtrobique tam in Vnitis quam alijs prouincijs inter spem & metum pendebat. Et Ioanninus quidem Gallorum regis Orator cū delegatis quibusdam Bruxellas ipse excurrit. Ibi propositæ aliquæ sunt conditiones, & in Hispaniam missæ; sed tātum abest vt Rex eas acceptarit, vt etiam ijsdem plane contrarias remisisse dicatur: in quibus tres hæ præcipuæ, quod iuri suo in prouincias Vnitas non plane renunciare, aut liberas eas pronunciare nolit. deinde quod liberum Catholicæ Religionis exercitium permitti

Anno
1609.

velit: quod denique Batauos & socios ab Indicis commercijs plane excludat. Interim vero idem Rex nuper appulsæ classis fretus opibus, multa militum millia conduxisse; Confederati e contra præter terrestrem exercitum, etiam ecc. nauium classem armasse dicuntur. inducijs nihilominus de mense fere in singulos menses vtriusque consensu prolongatis.

Initio sequentis anni Gallix & magnæ Britannix Regis Legati Antuerpiam concesserunt; quò itidem Spinola, Richardotus & Verreickius venerant, de conditionibus induciarum ab Hispaniarum rege oblatis disceptaturi: interim Confederatorum delegatis Bredæ commorantibus, vt tanto facilius in propinquo de omnibus quæ agerentur, certiores fieri possent. Archiducum Confessarius in Hispania tū adhuc hære, & propediem cum Regis mandatis siue Resolutione in Belgium venturus dicebatur. Et ineunte quidem Martio plerique omnes ea iam induciarum iacta fundamenta arbitrabantur vt de felici progressu dubitari vix possit. Quamobrem Ordinum delegati vnà cum ipso Comite Mauritio præter comitatum LXX. numero, Bergoplouum profecti sunt, vt ipsi de conditionibus cognoscerent: vbi Gallix & Angliæ regum quoque Legati & pacis se-

Anno
1609

cis lequestri, vnà cum Regis & Archiducis
 Commissarijs, expectabantur. Inducijs
 interea ad finem vergentibus, Regij pro-
 longari eas in trimestre rursus petierunt:
 quod tamen Confederati plane recusasse;
 postea tamen in eas conditiones descen-
 disse dicuntur, vt vix dubium sit quin si
 non firma pax, saltim induciæ sint coitu-
 ræ: At quibus conditionibus? Verbo di-
 cam, Nescio: nec fortasse sciunt qui se sci-
 re putant. Eapropter eas nec pono, nec
 quidquam temere affirmo: Deum vnice
 deprecans, vt tam cruento bello finem ali-
 quando imponere dignetur, Sed hæc curæ
 erunt ei cui omnia. Tu interim Lector
 Vale, & simplicem nostram Narrationem
 æque lege animo: è qua si nihil aliud,
 causas certe tam longæ, toties-
 que iterate Tractationis
 aliquo modo cog-
 nosces.

F I N I S.

Tm 4849

ULB Halle

3

003 012 077



EVCA

ME

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Kodak
LICENSED PRODUCT

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

